



Maffia.
79.

2. 327.

L A V D A T I O
M I C H A E L I S C H R I S T O P H O R I
H A N O V I I

P R O F E S S O R I S P H I L O S . I N G Y M N A S I O G E D A N E N S I
Q V O N D A M C E L E B E R R I M I

S O L E M N I O R A T I O N E

I N

R E N V N T I A T I O N E D O C T O R V M
P H I L O S O P H I A E

D . X X X A P R I L I S M D C C L X X V I

R E C I T A T A

C V M

V I T A I L L I V S

G O T T L W E R N S D O R F I O V . C L . A V C T O R E
E T E L O G I I S P R O M O T O R V M

E D I T A

I O A N N E D A N I E L E T I T I O

P H Y S . P R O E . O R D . E T F A C V L T A T I S P H I L O S .
W I T T E B E R G E N S I S S E N I O R E

W I T T E B E R G A E
L I T T E R I S C A R O L Y C H R I S T I A N I D Ü R R I I A C A D . A T Y P I S .



EXCELLENTISSIMIS ATQUE AMPLISSIMIS
TESTAMENTI HANOVII
EXECUTORIBVS
CHRISTIANO SENDELIO

MED. D. EIVSDEM ET PHYSICAE PROF. GED.

ATQVE

IOACHIMO GVILIELMO
WEICKHMANNO

L.V. L AMPLISSIMI DICASTERII CIVITATIS GED.
PRIMARIAE ASSESSORI

*Credo equidem, neminem fore, qui mihi, Hanouii, auunculi, dum vi-
ueret, dilectissimi, laudationem Vestris nominibus consecranti, iure
succenserat. Etenim, ut amicitiae et antiquae consuetudinis, qua cum ege-
gio illo viro artissime copulati fuistis, nihil iam meminerim: animus certe
illius in Vestram fidem, et credita Vobis ultimae voluntatis suae cura,*

omnino



omnino videbantur digna, quorum ad posteros perueniret memoria.
Magnum est liberalitatis Hanouii exemplum, ideo in primis considerandum,
alii ut in istud, tam priuatae, quam publicae dignitatis, viri intueantur.
Magna aequa fuit illius prudentia in diligendis integerrimis viris, qui piae
menti ex omni parte satisfacerent. Quod, quemadmodum maxima Vobis
curae est, sic non minoris esse Hanouii memoria debet, quam, siue Testa-
toris munificentia, siue Curatorum dexteritas spectetur, haud opinor un-
quam esse intermorituram. Accipietis igitur, Viri Excellentissimi et Am-
plissimi, hoc solemnum nostrorum, per quod Vobis animum meum gra-
tum ac memorem declaro, munusculum. Optassem quidem de meo quid-

Quam, Vobis quod placeret, depromere, sed cum de meo non possem, ab
Hanouio Vestro numerationem feci, ut cum ipsius memoria meam qualen-
tunque, nulla magis re alia, quam pietate et veneratione erga defunctum,
Vobis commendarem. Scrib. in Uniuersitate literarum Wittebergenſi,
d. 13 Octobr. 1776.

IO. DANIEL TITIVS.

Magni-



Magnifice Academiae Rector

*Viri Excellentissimi, Amplissimi, Praecellentissimi, Dobissimi, Patroni,
Fautores, Collegae, summa reuerentia colendi, prosequendi. Vosque
Commilitones Generosi, Praenobilissimi, atque Dobissimi, Fauto-
res et Amici dilectissimi.*

Virorum doctorum et de republica litteraria bene meritorum me-
moriā repete, et iucunda recordatione decorare, vt iu-
uentuti exemplo, posteritati autem, quae in illustrium facto-
rum laude sero adhuc occupatur, commendationi sint, quanto
magis iustum aestimatur: tanto magis pium et decorum officium est,
honore istos prosequi defunctos, qui nobiscum arctiore amicitiae vin-
culo copulati, bene de nobis viuentes meruerunt. Hac mente non solum
veteres fuisse comperimus, qui eruditorum suae aetatis hominum amplis-
simis memoriam exornarunt laudibus, de rebus eorum gestis, exposita
vitae ratione, honestissime commentati: sed recentiores in primis, haec
prementes vestigia, celebriorum, nunc eandem profitentium discipli-
nam, nunc eidem obsequentium imperio, nunc simili perfunditorum
munere,



munere, vitis in vnum collectis, gloriam Maiorum, Antecessorum,
 concium, illustri monumento ad posteros transtulerunt. Ad ce-
 lebranda autem maiorum facta, si ab officiorum erga defunctos honesto
 sensu, ab meritorum debita amplificatione, ab posteriorum ad similia ten-
 tanda exhortatione, recesseris, quid quaeſo vnquam laudatores illos ad
 institutum perpulit atque commouit? Sed cogitatione, aut beneficio-
 rum multitudine simul ac grauitate, si iisdem deuincti fumus, nostrum
 in commemorando officium aequum non modo, sed ratione ac sapientia probatum, quin ipsa necessitate arbitror esse flagitatum. Et tali qui-
 dem officio me in praesens defungi posse atque debere mihi videor,
 quem Philosophi quondam egregii, et Viri inter Eruditos celebratissimi,
Michaelis Christophori Hanouii, Professoris quondam Gedanensis optime
 meriti, memoriam sancte recolere, inter haec solemnia, proposuerim.
 Huius enim coetus solemnitatem, et Philosophicorum Honorum grauata-
 tem, et Professorii mei muneris, quo iam per viginti annos in hac Uni-
 versitate defungor, rationem si considero: statui equidem ad officium
 meum pertinere, laudationem Summi in Germania nuper Philosophi,
 cuius nomen et decora, vobis quoque AA. HH. scio carissima fuisse,
 publica quidem et festiva, licet haud facunda, oratione complecta, et
 animum hac occasione meum exponere, tum virtutibus Optimis quondam
 Senis, tum gloriae et laudi incomparabilis Viri vehementer deditum.
 Nec vero diu deliberandum, multo minus dubitandum mihi fuit, quin
 virtutes Viri celeberrimi in praesenti depraedicarem, quem ego maxima
 cum veneratione et filii pietate sum prosecutus, et cui quelibet educationis
 doctrinaeque commoda, pleraque fortunae bona, vnicce accepta
 fero. Certe enim si quid est, quod ex literarum studiis, ex multarum vnu-
 rerum, ex vitae honestate, quae tamen scio quam sint tenuia, consecutus
 sum, audeo hoc palam proferre, neque in literarum doctrina, neque in
 boni ciuis officio, neque in ea, quae ad gerendum munus apta sit, fide,
 alacritate, modestia, quicquam me ausum esse desiderare, in quo non
 huius mihi Praeceptoris atque Patris singularis eruditio, voluntas, exem-
 plum obuiam iuerunt, fueruntque exemplo; adeo, vt adultiore aetate sae-
 penumero laetatus sum, prius me fidissimi Ducis facta in regunda studio-
 rum omnisque vitae ratione, pro tenuitate mea secutum, quam cognoscerem
 meditatione. Verum enim vero, omnia Illius decora, quae multa
 maximeque egregia fuerunt, enumerare in praesenti nec volo, nec, si
 vellem,

vellem, possum, cum, quod omnem eius vitam persequi nimis longum foret, tum quod laudator ei contigerit, id quod meritorum quoque praemium statuo, Collega et orator secundissimus, Gotlibius Wernsdorffius, cuius mox subsecuta morte, nouo quodam, eoque diu, recrudecente, vulnere Gymnasium Dantiscanum, afflictum fuit. Is itaque in Programmate funebri, vitam et merita Hanouii Nostri exponit, tanto quidem candore et ornatu, tanta copia et varietate, ut, qui Hanouium nouerint, verius nihil, qui Wernsdorffium, elegantius nihil scriptum atque dictum esse intelligent. Quapropter intra principes Auunculi mei virtutes, *Pietatem, Laborem, Temperantiam* me tantum contineo, quae cum homini eruditu, Philosophi praesertim, praeflantissima sint lumina, Vos certe mihi fauentes facient, vestram simul sic acuentes attentionem, ut quanta sit apud Vos viorum laudatissimorum existimatio, alis occasionibus si nunquam didicissem, *Rector Academiae Magnifice, AA. OO. HH.* id mihi certe hac licet experiri; atque ex frequenti Vestro coetu, oculorum animorumque liberali in me contuitu sperare, Vos dicenti mihi faciles atque aequissimos futuros, id quod summa animi obseruantia oro rogoque.

Quod primo ad pietatem in Deum eiusque cultum sacrum attinet, eam, ut per omnem vitam animo infixam Philosophus Noster habuit, sic doctrina, scriptis, actionibus satis comprobavit. Cuius virtutis dulcissima fomenta ab prima inde iuuentute conceperat, ducibus tam Patre ipso quam Praeceptore, Ecclesiarum Landsbergensium in Pomerania, Inspectore, pii et religiosi hominibus, a quibus statim ad legendas quotidie sacras literas traductus fuit; quod exercitium postea adultiore, immo fenescente aetate nunquam neglexit, diem se perdidisse ratus, quo non aliquid temporis religiosis officiis impendisset. Hinc in precibus ad Deum submississimo cordis affectu fundendis quotidie erat assiduus, iisque in Museo, tanquam religionis et sanae mentis sacrario, statis horis vacabat, quaerens ibidem pietati suae quasi solitudinem, quam interpellari nunquam passus est. Ex qua pia rerum diuinarum contemplatione, licet multum gaudii et solatii priuatim perciperet, longe tamen maius ex cultu diuino publice instituto concipere solebat. Diebus nempe sacris continuo concessionem bis audiebat attentissimus, domi ab omni prorsus occupatione erudita abstinens, quasi a studiis suis, et ab omni prorsus eru-



Nepi dnoq brat

ditione remotus, libros non alios, nisi sacros vtriusque foederis, textu hebraeo et graeco, legebat, nec alia nisi sacra, quae ad religionem reuelatam et virtutum christianarum exercitium pertinerent, meditabatur. Vidi ego interdum versionem germanicam b. Lutheri, quam magni semper faciebat, legenti ad manus esse versionem Bibliorum anglicam, et polonicam, quam propter linguae grauitatem et interpretis dexteritatem, multum laudabat. Sic dies sacros piis meditationibus et lectione Codicis sacri totos transigere, eoque ardentius, quo diei sanctitas maior esset, sacris contemplationibus inhaerere; sic ab nullo non negotio humano et litterario abstinere; sic neque amicis quidem visendis, neque corporis mouendi causa expatiando, illos consumere. Quem pietatis sensum, a pueri sibi instillatum, eius in studio theologicō, ad quod primo animum appulerat, feruor multum adauxerat. Huius enim primariam virtutem in linguarum orientis intelligentia contineri cum persuasum haberet, non solum linguae hebraeae et affinibus multum semper diligentiae impenderat, sed quoque lectionem codicis sacri hebrei adeo reuerenter habuit, ut mihi, Gymnasii Gedanensis Secundano, sedecim annorum, hebraeum scripturae textum sine punctis legere promte non valenti, theologiae, cui tum operam impendebam, studium dissuadere non solum, sed pro�us me ab illo arcere, addita ratione: deum non impune irridiri, fieri niteretur. At vero, non scire religionis christianaæ praecepta, sed exercere, non in verbis, sed in factis, confidere religionis sensum, bene Noster Philosophus perspexit. Quapropter ab illius pietate multae aliae virtutes defluxerunt, quas nomine saltem lubet commemorare, huius vt praestantia eo magis exsplendescat. Huc insignem hominis modestiam refero. Numquam ille se, vt de Melanthone Camerarius habet, aliis superiorem habere; nunquam animo effredi, et supercilia tollere; nunquam alios commemorare, nisi benebole et honorifice; nunquam aut verbo asperiore, aut vultu proteruiore, quemquam offendere; nunquam siue recta in aliquem inuehere, siue oblique pungere, siue famam et existimationem ulli detrahere, siue dicta et facta aliorum, etiam si reprehendere, duriter accipere. Nihil in illo fallax, aut subdolum, aut tectum: contra omnia candida, aperta, vera omnia et libera. Sententia ab aliis discedens humanus semper, feuerus tamen, nemini inimicus, et sic dissentiens, vt illi, a quibus discederet, aegre ne minimum ferre possent. Vsus sum, sunt verba eius, quibus libro cuidam praeformat, vsus sum, in endan-

enodandis dubiis, qua par est modestia, qui nemini per quadrantem fac-
 culi, quo pleraque omnia ex his, quae nunc typis dedi, doceo, molestus
 fui, neque data opera ullum adhibui verbum, animo quemquam pun-
 gendi; sicut Victoria penes veritatem, mihi nihil ibi vindicet, nisi quod
 erratum ideoque corrigendum mihi foret. Et rursus in praefatione ad
 Philosophiam recentius controversam: Aduersariorum, inquit, nominibus
 plerumque pepercit, non hominibus bellum indicatur, sed veritati
 vnicce litaturus, ut qui nolint se ipsos prodere, latere commode possint,
 et veluti sponte sua, quae intelligent, meliora amplecti. Praeter ea of-
 ficiosa maxime erat, et aliorum commodis lubentissime fese dabat, qui
 eius opera vlla in re vti cuperent. Inprimis valde lactabatur, quando sua
 doctrina aliorum voluntati et discendi audiitati facere fatis posset. Hinc
 multa aliorum in gratiam excerpere, colligere, redigere in ordinem, scri-
 bere, quin integra meletemata in chartas coniicere, quae rogantium per-
 mitteret vsl et arbitrio. Idque scio frequentius factum esse in rebus ad
 historiam prutenam et ius patrium pertinentibus; in quibus, quod dol-
 endum, nonnulli fuerunt, illius scriptis et schedis qui, auctorem reticentes,
 vsl sunt. Non minori facilitate erat in officiis cuiusvis generis praefan-
 dis, in subleyandis studiosis artificibusque egenis, in primis cognatis
 suis, ut erga eos plane liberalis dici potuerit. Et quantum studiosorum,
 sua egentium ope, utilitatibus prospexerit, ex eo cognoscitur, quod facul-
 tates suas, exceptis legitima heredum parte et paucis legatis, omnes, plu-
 rimum millium imperialium summam constituentes, et librorum instructis-
 simam amplissimamque supellecilem, cum omnibus instrumentis, et re-
 rum collectione rariorum, Bibliothecae Gymnasi legauerit testamento.
 Plura in hanc rem afferri argumenta, et eius concordiae studium mansuetudo,
 in affectus imperium, reliqua, laudari rarissimo quidem exemplo
 possent. Namque eruditi, et si saepius virtutibus magnopere excellunt,
 summasque dignitates capiunt, multo tamen magis ab excellenti eruditio-
 nis fama, quam ab vero pietatis exercitio, celebrari commendarique poste-
 ris solent; huius igitur admodum parca et tenuis, illius magna celebri-
 tas. Sed noster Philosophus, ut doctrina plurimum eluxit, sic dei reverentia
 et religionis nostrae pio cultu conspicuus fuit; idque tam scriptis plu-
 rimis, quam per omnem vitam suam iuit testatum, suo exemplo pulchre il-
 los refutans, qui religionem, plebi relinquendam, nec grandium fortiumque
 animorum habendam illam censem. Ad scripta quod attinet, disquisicio-
 nes



nes eius lubet allegare philosophicas, in quibus pleraque Dei attributa, tanto iudicij acumine tantaque doctrinae copia exponit, ut principum huius aetatis Theologorum, iuxta ac philosophorum, laudem inde reportauerit. Praeterea amplissimum iuuat Physicae illius systema memorare, cuius totum argumentum ad manifestandam ex naturae operibus gloriam diuinam, felicissimo successu, composuit. Sed de pietate satis. Ad mirabilem nunc Philosophi Nostri laborum patientiam accedo, in qua pares sibi paucifimos, priorem certe habebit neminem. Namque puer adhuc, linguarum et humanitatis studio abreptus, laborandi consuetudinem mature sibi comparauit, quae successu temporis eo faciliorem ipsi redderet quemuis laborem, quo maiorem ex illo voluntatem atque fructum persentisceret. Eam ob causam iuuenis iamiam diem commode disponere coepit, maximamque eius partem studiis dicare. Somno paucissimas horas dedit, ut reliquum diei noctisque tempus studiis suis, officiisque explendis, reliquam haberet. Muneri professorio admotus, quinis aut senis per diem horis auditiones fecit, reliquo tempore litteris dictato. Legebat enim assidue et continenter, non recentiores solum, quanquam in his tota hominis aetas consumi potest, sed veteres, graecos in primis, Philosophos, quos in rerum humanarum cognitione plurimum excellere nouerat. Quod supererat temporis, quo non legeret, spatium, sapienter dispensauit, sive meditaretur super rebus grauioribus, sive elaboraret quidquam aut scriberet, sive ad praelectiones fructuose habendas se accingeret. Quod ad has, iuuenes suae fidei commissos, ad se audiendum confluente, sic excipere semper solebat, ut non desultorie, sed serio et grauiter facere, quae institueret, videretur. Docebat enim omnia latine mira cum vocis suavitate et linguae velocitate, mira quoque perspicuitate, promptitudine, interdum effusione, et ut quasi aptus et natus ad haec per se posset haberet. Audisse commentarios super rebus, quarum explanationem suscepere, recitare; putasse, quae memoriter disserebat, in chartas coniecta et promte praelecta fuille, sic copulata, vera et expolita, omnia proferebantur. In quibus, licet perpetuus et assiduus illius labor appareat, longe tamen maior industria atque indefessa diligentia ex scriptis eius perspicitur, quorum sive numerum, sive varietatem, sive argumentorum delectum, specetes, aetatem ipsi non sufficiete putas. Credentes, inquit Collega illius, de ipso nuncupari posse, quod olim Origeni tributum: nempe plura eum scripsisse, quam legi queant et inueniri. Sed longa meditatione exercitatus, multa lectione omnino.

Er ist gefüllt mit einem sehr reichen und vielfältigen
Material aus dem Bereich der medizinischen Wissenschaften.
Viele der Belege sind handschriftliche Notizen und
Zettel, die wahrscheinlich als Material für eine Druckausgabe
oder als Vorlagen für eine handschriftliche Arbeit dienten.
Die handschriftlichen Notizen sind in verschiedenen
Stilen und mit unterschiedlichen Farben geschrieben.
Einige der handschriftlichen Notizen sind
mit roter Tinte hervorgehoben.
Die handschriftlichen Notizen sind in verschiedene
Kategorien unterteilt, darunter:
- Anatomische und physiologische Beobachtungen
- Medizinische Behandlungen und Rezepte
- Botanische und zoologische Beobachtungen
- Mineralogische und chemische Beobachtungen
- Geographische und astronomische Beobachtungen
- Historische und geisteswissenschaftliche Beobachtungen
- Philosophische und theologische Beobachtungen
- Verschiedene Notizen und Zettel.

❧ ♚ ❧

omnisque doctrinae copiis instructus, quaevis in promptu habebat, et ad serinium sedens, sedebat autem continuo, sibique soli fidens et totus ex se aptus, remotis, aut librorum, aut amicorum, consuetis arbitris, facilime scribebat, non celebritatis ductus fama, aut lucelli cupidus, nam plurima gratis edidit, sed sola officii conscientia et sua voluptate. Vidi ego et cognoui eum, desideriis auditorum ut se commodaret, singulis septimanis, integro fere anno, dissertationem trium vel quatuor plagularum conscribere, quae statim typorum formis traderetur proponereturque publice; ex quo instituto deinceps sylloge disquisitionum in libri formam coailuit, praestantissima physica et philosophica argumenta explanantis. Vidi et cognoui illum, in continuatione Philosophiae Wolfianae occupatum, singulis annis bina volumina satis spissa Bibliopolae tradidisse, in quibus, praeter philosophicum iudicandi acumen, insignis eruditiois antiquariae apparatus expressus legitur. Atque ea, quae deliberate conceperisset, nunquam relegere, rursum inspicere, vterius limare, aut amicorum de illis iudicium explorare solebat, non esse arbitratus, cur recte et solide conceptis tempus infumet amplius, quod nouis inueniendis et difficilioribus rebus explanandis, quibus nihil ipsi carius erat, sibi superesset. Sunt in manibus eruditorum, haec profundaie eius doctrinae monumenta; leguntur nunc, legentur posthac, cum pleraque ex his, quae in hac saeculi nostri germanici levitate quasi innatant, breui interitura sint, et, vna cum auctorum memoria, demersa in sempiternam obliuionem. Sed tam magna, tam multa scripta et negotia expedire non potuisse, nisi tempore vhus parcissime esset, et, quicquid sibi relictum haberet, id omne studiis atque literis tribuisset. Inde nunquam in amicorum circulis et coniuiciis, nunquam in horto, nunquam in deambulationibus reperiebatur, vnicse se continens intra Museum, et inter doctores suos, quibuscum lubentissime colloqueretur, mortuos. Ad quos labores ferendos multum faciebant et firma corporis valetudo, et officiorum dulcissima recordatio, et a puero contracta laborum sitis, nullis externis restinguenda oblectamentis. Huius causa nihil sibi indulxit otii alias, quam literarii, neque huius quidem necessaria corporis requie temperati. Maxime tamen omnem hanc laborandi cupiditatem adiuuabat temperantia eius summa, de qua postremo nonnulla mihi dicenda supersunt. Non illam hic appello temperantiam, quae modo deliciis corporis et gulae imperat,



perat, sed quae nullas non cupiditates et affectus ad sanum redigit modum. Neque hanc, mirum est, nostrum per omnem vitam esse sectatum. Siue eum hominem doctum et Philosophum spectemus: talem iam prae sumere possumus, quallem, qui rectum animi ordinem et actionum moderamen instituit, decet; siue pium illum et laboris patientissimum cognoscamus: quem alium, quam mitem in omnibus et temperantem, appellemus. Et sic omnino Hanouium intelligetis fuisse. Ille reli et aequi amantissimus; ille honorum haud appetens, ab iis quoque abslinebat, qui offerebantur; ille non diutiarum et opum cupidus, amplissima stipendia repudiabat, quae sibi ad extera munia euocato, proponebantur; et quanquam augustiores redditus adeo respuebat, tamen animo sua contento forte, et rei familiaris, quae fuit Dei benignitas, prouida cura, et summa, qua erat parsimonia, effectum est, vt licet ne quicquam sibi detraheret, siue in libris et machinis comparandis, siue in honesto vitae cultu atque victu, amplam nihilo secius post se relinqueret haereditatem. Erat, vt dixi, summa temperantia in omni vita, et voluptatibus, quae apud caeteros similis conditionis homines magnam temporis partem et impensarum sibi vindicant, nullam omnino dedit. Cibi et potus parcissimus, mero nunquam, dilutissimo contra potu ex cereuisia, lacte tenui et aqua semper vtebatur; maxime autem vegetabilibus delectatus simplicissimos cibos, interdum paullo crudiores, appetebat, quibus frequentius vclus fuisse, nisi postremo tempore, quod valde inimicos stomacho sentiret, ipse absoluisset. Somno parum indulgebat, cum plurimum non amplius, sex horas, et ne has quidem, dormiebat, vt qui rarissime ante noctis primam cubitum iret, et raro post sextam matutinam lecto detineretur: ita quidem, vt, si qua in re, certe in perpetuo studiorum cultu, ad sanitatis fere discrimen, minus temperans diceretur, modo ea in re peccari, quod valde dubito, intemperantia potest. Reliqua voluptatum genera, quibus nostra haec aetas, apud eruditos plerosque, assuevit, summus ille ardor in literarum studia sic repressit, vt nulla prorsus in eo aliarum rerum cupiditas appeteret. Quo facto temperantiae quoque commoda, vt reliqua aetate, sic potissimum senili, persensit, siquidem cum morbo, excepta iuuentute, nunquam conflixit, sed interdum minus prospere valens, sola continentia, sine ullo propemodum artis subsidio, vitam ad extremam usque senectutem produxit,

versatz ist ein zehnter, und nicht der
biß, schlimm vermeintest du schon. Ich
sollt' dir zeigen, daß du mindestens erledigt wärst,
wenn ich, obgleich du mir schaue, elendis wärst.
Ich sollt' dir zeigen, daß du noch so leicht
abholen wärst, wenn du mich zu dir holen
wolltest. Ich sollt' dir zeigen, daß du
quer durch die ganze Welt herumziehen
würdest, um mich zu mir zu holen.
Siehe, es sind alle diese Worte
wahrhaftig wahr, und du solltest
es nicht bestreiten.

WANDELN WILDE KÖNIGSKRONE
SCHLAFEN IN DER STADT, DABEI HABEN
WIR VIELLEICHT EINEN VORSTELLUNG
VON DER STADT, IN DER SIE SICH
VERSTECKT, IN DER SIE SICH VERSTECKT,
DABEI HABEN WIR VIELLEICHT EINEN VORSTELLUNG
VON DER STADT, IN DER SIE SICH
VERSTECKT, IN DER SIE SICH VERSTECKT,

¶

¶

¶

II

duxit, atque, quod de Platone olim Seneca prodidit, eum et diligentia, et temperantia, et frugali sui tutela, ad senectutem sese pertulisse, *ad suo Hic*

~~Nec~~ ~~Quo~~ exemplo luculentissime confirmauit. Immo frugalitatis suae fructum ipso videtur mortis articulo expertus; vt, qui placide, sobrie et inter labores viueret perpetuos, is quoque placida maxime morte, et in ipso laborum quasi circulo, annos septuaginta octo natus, discederet. Etenim mane, cum, nocte praecedente, sanus et satis bene agens, quieti sese dedisset, corpore dormientis instar compofito, membris cunctis iam rigidis, oculis oreque clausis, manibus super pectus reclinatis, in lecto repertus est. Tali modo praestantissimam animam, quam quotidie ad exitum ex hac vita paratam, et Seruatori suo, Iesu Christo, vnicce deuotam haberet, sine omni mortis sensu et dolore tranquille efflauit.

Habetis itaque, Rector Academiae Magnifice, *AA. OO. OO. HH.* in Viro hoc spectatissimo, singulare aliquod pietatis, diligentiae, et frugalitatis exemplum: quod, quo rarius hodie, in tanta hominum nostrorum mollitie et luxurie, reperitur: eo frequentius et audiens in illud intueri eruditum quemque oportet; vt vitam Deo gratam, literis et reipublicae utilem, sibi ipsi iucundam, nec ipsa morte molestam, parem cum vix possit, huic agat quam simillimam.

RECTOR ET PROFESSORES
 NOBILISSIMIS AC POLITISSIMIS
 ATHENAEI GEDANENSIS CIVIBVS
 S. D.
 EOS Q V E
 A D F V N V S
MICHAELIS CHRISTOPHORI
H A N O V I I

PHILOSOPHIAE PROFESSORIS ET BIBLIOTHECARII
IAM BEATE FATO FVNCTI
 SECVM PIE CELEBRANDVM
 AD DIEM XII OCTOBRIS ANNI MDCCCLXXIII
 CONVOCANT ET INVITANT

Optimi senis, cuius repentinam mortem nunc dolemus, summa in
 bonas artes merita, et singularem industriam, et doctrinae amplitu-
 dinem varietatemque, et elucubratorum librorum multitudinem,
 et vitae institutum et famam nobiscum reputantes, in memoriam redimus
 earum laudum, quas Origeni Adamantio, viro suorum temporum cla-
 rissimo et inter christianos doctores nobilissimo, eloquerter tribuit Vin-
 centius

centius Lirinensis. (commonitorii cap. XXXIII.) In Origene ait multa praeclara, multa singularia, multa mira extitisse: nam si vita faciat austoritatem, magnam illi industriam, magnam pudicitiam, patientiam, tolerantiam fuisse; si genus vel eruditio, nihil eo nobilior; tantum vim ingenii, tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes paene nullum longeque superarit: tantam doctrinam ac totius eruditionis magnificentiam, ut pauca fuerint diuinae, paene fortasse nulla humanae philosophiae, quae non penitus assequeretur. Eloquentiam vero, inquit, quid memorem? cuius fuit tam amoenia, tam lattea, tam dulcis oratio, ut mihi ex ore ipsius non tam verba quam mella quaedam fluxisse videantur. Quae non ille persuasu difficultia disputandi viribus elimpidauit? quae factu ardua non, ut facilissima viderebantur, effecit? Sed credo pauca conscripsit. Nemo mortaliam plura: ut mihi sua omnia non solum non perlegi, sed ne inueniri quidem posse videantur. Cui ne quicquam ad scientiae instrumenta deesset, etiam plenitudo exabundauit aetatis. Sed forsitan discipulis parum felix. Quis unquam felicior? Nempe iunumeri ex sru suo doctores, iunumeri sacerdotes, Confessores et Martyres exiterunt. Iam vero quanta epud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi valeat! Quis Christianorum non, paene ut Prophetam, quis Philosophorum non, ut magistrum, veneratus est? Haec Vincentius: cuius penicillo pictam magni Origenis imaginem contuentes, adumbratam non solum, sed prope expressam ingenii, doctrinae, virtutum, nominisque Hanouiani effigiem conspicere nobis videmur; ut nunc memoriam eius Vobis commendaturi, Ciues optimi, et laudes eximii viri ad Vestram et posteritatis omnis notitiam pariter atque imitandi conatum enarraturi, si id intra meritorum eius amplitudinem faciamus, non fraudare virum debita laude vlla possimus, cum proposita imago plus aliquantulum declaret, quam oratio nostra efficere queat.

Satageremus profecto ardui et longi laboris, si, eundo per singulas viri dotes, membratim veluti persequi omnia vellernus, si acta singula aetatis LXXVIII. annorum, absque illiberali otio, inter assiduos concatenatosque labores litteratos, exactae, paucis verbis consignare, si pagina rum nostrarum angustiis tantam varietatem excellentiamque, et studiorum, et virtutum, coercere. Carptim igitur delibabimus nonnulla ex multis, scribemusque, non quantum oportet, sed quantum licet. Cum autem plurima

plurima eminerent in viro, vnum tamen prorsus admirabile et paene singularē visum cunctis fuit, qui eum cognoverunt, ea nimis continuum laborum, eorumque in commune utilissimum, tolerantia, qua Origenem illum omnino aquauit. Merito illum vetustas cognomine τὸ Οριγένης, τὸ Χαλκεύτης, τὸ συντάκτης, τὸ συντάκτης et Adamantii mactauit, operarum eius assiduitatem et librorum infinitam multitudinem notans. (Vide Huetium Origenianis lib. I. cap. 1. §. 3. et Fabricium bibliothecae graecae tom. V. p. 214). Bis eum, plenus admirationis, his nominibus insignit S. Hieronymus (in epist. XVIII. seu editionis Benedictinae XLV. tom. IV. p. 553. et epistola XXIX. p. 68). In posteriore, cum de Terentii Varriosis, inter Romanos, et Didymi grammatici, cognomine Chalcenteri, inter Graecos, multitudine librorum expuisset, haec scribit: „quorūsum *Varronis*. et *Chalcenteri* mentio facta sit. quaeritis? Videlicet, ut ad *Adamantium* nostrumque *Chalcenterum* veniamus, qui tanto studio in sacrarum scripturarum labore sudauit, ut iuste *Adamantii* nomen acceperit. — *Videlisne et Graecos pariter et Latinos unius labore superatos?* Quis enim unquam tanta legere potuerit, quanta ipse conscripsit? ut insuperis numeri etiam in aliis libris.

Ad appellationem *Adamantii* quod attinet, hoc nomen Origenis verum, uti multi homines inter Graecos etiam duobus nominibus vocati fuerunt, an cognominetur, et quampli laude ipsi inditum, dubitari potest. Posteriorius persuasum fuit et Hieronymo, et Epiphanio, (haeres. LXIV. p. 603. d.) et Photio, (cod. 118. p. 159. edit. hoeschel.) et Sophronio, (apud Photium cod. 231. p. 468.) et recentiorum eruditiorum plerisque. Qui tamen ita sentiunt, de causa dissentiant, cur id cognomen Origeni fuerit tributum. Infensior magno viro et laudum eius obsecrator Epiphanius, ipsum id sibi, vanitate mentis et iactantia impulsum, asciuisse perhibet. Ωριγένης, τον ματαιως ἐκυτῳ ἐπιθεμενον ὄντα αδαμαντιον. Benignius de eo sentiens patriarcha Photius, ex firmitate argumentorum, quibus disputando, quae vellet, efficeret et probaret, cognomen ipsi natum fuisse, putat. τετον τον Ωριγένην, ὃν καη αδαμαντιον ἐπομψεδαι φασιν, ὅτι αδαμαντιον δεσμοις ἐωκεσαν εις αν δηται λογεναι λεχεσαι etc. Atque haec ratio tanto verisimilior videtur, quod apud Graecos etiam prouerbii vsu adamantina argumenta dicuntur, ut apud Aeneam Gazeum: (in Theophrasto pag. 53. edit. barth.) ταῦτα γαρ



γαρ ἔχει λεγούται οὐκ, εἰ νεανίκον εἴπεν, ἀδαμαντίνος δεδήται. Haec enim iam confutata sunt, et si audacius loqui licet, cheneis argumentis confirmata. Conf. Erasmus Chiliade I, 7, 43. p. 246. Igitur ex Photii mente Origenes ita cognomen Adamantii gesserit, ut saeculo XIII. Alexander Haleius doctor irrefragabilis cognominatus fuit. Sed Tillemonius (memoriis hist. eccl. tom. III. Part. III. art. 2. p. 119.) ea appellatione respici existimat ad indefessam viri industriam laborumque patientiam. Solet omnino adamantinus vsu loquendi talis intelligi; ut Erasmus iam laudatus docet, qui et ipse Origeni et Didymo indidem data cognomina fuisse autumat. Huetius fluctuat multasque appellationis causas coniungit. Ait enim, sic dictum fuisse Origenem vel propter mentis adamantinum robur, quae nullis in illistranda scriptura et in scribendo laboribus defatigaretur, vel quod, tanquam inuictus adamas, fortiter verae fidei opem ferret omniaque in se missa haereticorum tela veritate ipsa retunderet. Sed opus non fuit, ut in causis cognominis illius inuestigandis eruditorum virorum ingenia exercerentur, siquidem plane cognomen non fuit, sed verum viri nomen. Libenter hoc credo Alexandro Hierosolymorum episcopo, familiarissimo Origenis, nec laudanti hominem, sed historico filio venti, in epistola, cuius particulum recitat Ensebius: (hist. eccl. VI, 14. p. 216.) ὁ Ἀδαμαντίνος, οὐ τό γαρ ἦν τῷ Ὁριγένει ὄνομα. Nam et hoc nomine vtebatur Origenes. Binominem igitur fuisse virum, testi, et vetustissimo, et domestico, credimus. Neque Adamantinorum nomen antiquitati incognitum fuit, cum plures huius nominis viros memoret Fabricius (bibl. Graec. tom. V. p. 213.).

Fuit iatrosophista Alexandrinus ex Iudeis, cuius physiognomica graece edita extant Parisiis 1540 in 12. et in Sylburgianis Aristotelis operibus, physiognomonicis ipsius Aristotelis subiuncta, tomo VI. pag. 188. (Vide Fabricium tom. II. p. 171. et tom. XIII. p. 34). Fuit et alius Adamantius christianus, quem inter polemicos scriptores, qui haereticorum priscorum errores confutarint, bis nominatum laudat et diserte ab Origenie discernit Theodoretus Cyrensis (haeretic. fabul. libri I. praefatione p. 282. et lib. I. cap. 25. p. 318. tom. III. edit. Schulziana). Creditur et alius esse ceterioris aetatis Adamantius, qui dialogum istum aduersus Marcionistas scripsit, quem graece diuulgauit Io. Rud. Wetsteinus, et post eum Carolus de la Rue, tomo primo operum Origenis. Hunc qui-



dem dialogum Origeni tribuit et libri ipsius inscriptione, et veteres quidam, et maxime Wetstenius (praefat. p. 14). At eum post Constantini Maximiani imperium suisse demum compositum, nec mihi dubium est, neque ulli forsitan, qui legerit ipsum; ut recte neget Tillemontius (l. c. art. 36. p. 263. et not. 13. p. 339) cum eoque Fabricius, (tom. V. p. 223) ab auctore eum proficisci potuisse Origene. Existimo potius, ex errore natam inscriptionem libri. Nam dialogi princeps persona Adamantius est, isque colloquium exorditur et cum haereticis rixatur. Persona ascita est aut ab Origene Adamantio, aut ab altero cognomine haereticorum aduersario, quem Theodoretus laudat; sicut Aeneae Gazaei dialogus a persona principe Theophrastus inscribitur. Haec res decepit librarios, ut ab Adamantio quodam putarent scriptum, et porro, quod Origeni hoc nomen suisse sciebant, ad hunc referrent auctorem. Ut ut igitur elogium virtutis in hoc Origenis nomine, quod cum aliis viris commune habuit, querendum non putem, tamen *in se id accepisse nomen*, cum Hieronymo sentio, eoque dignissimum fuisse.

Chalcenterum christianum, seu aheneis corporis visceribus hominem, solus, quod sciam, appellat Origenem Hieronymus ter, epist. XLV. XXIX et XXXII. p. 245) ad aheneam tolerantiam laborum respiciens, simulque cum Didymo grammatico alexandrino hunc eum eius comparans. Etenim hunc grammaticum tria millia et quingentos libros composuisse, Athenaeus (deipnosoph. lib. IV. p. 139. c.) et Suidas (v. Διδυμός p. 716) tradunt, L. Seneca (epist. LXXXVIII. p. 392) quatuor millia voluminum ei tribuit. Suidas scribit: χαλκευτεος κληθες δια την περι τας βιβλιας ἐπιμονην. Φασι γαρ αύτον συγγεγραφειν ὑπερ τας τερψιλια πεντακοτια βιβλια. (Vide Fabricium tom. I. p. 286. et tom. VII. p. 56).

Singulare cognomen est τε χαλκευτείαι seu fabricatoris, quod eidem Origeni unus tribuit Anatolius, domo Alexandrinus, episcopus laodicensis, in canone paschali, (quem Bucherius commentar. in canones paschales p. 439 edidit), *Origenes omnium*, inquit, eruditissimus et calculi componendi perspicacissimus, quippe qui et χαλκευτης vocatus, libellum de pascha luculentissime edidit. Fabricatorem nempe appellat, ut elegantiā artemque operum ab eo affabre concinnatorum laudet, quemadmodum verbi causa Lactantius (lib. VII, 12, p. 922) virtutem immortalitatis

¶

et voluptatem mortis fabricatricem nuncupat aut Manilius (astronom. I. 722.) Platonem a Socrate fabricatum, philosophiae institutis impertitum et excultum dicit.

Συντάκτης, συντάκτικος et συντάκτης Origenem vocatum fuisse testantur Epiphanius, (haeresi 63. pag. 520.) ac Suidas (v. συντάκτης. p. 841.) δια το πεπονικευσι πολλα βιβλia. Non opus est, hoc cognomen ad unum magni viri hexaplorum opus, ex variis translationibus compositum, restrictius referri, ut facit Tillemontius: (l. c. p. 120.) nam et Latini *compositorem* pro quorumlibet operum scriptore dicunt. Quae autem et quot volumina composuerit Origenis industria, sciremus plenius, si extaret vel vita Pamphili martyris ab Eusebio scripta, in qua se affirmat Eusebius (hist. eccl. VI. 32.) ipse catalogum scriptorum Origenis contexuisse, vel Hieronymi integra epistola ad Paulam, in qua sollicite indicem librorum a se factum esse, ipse (in catalogo script. eccl. cap. 129. edit. Fabric.) testatur, sed quae in antiquioribus Hieronymi editionibus prorsus deest, in nouissima Martianaei tamen particula eius, nempe epistola XXIX. p. 67. extat. Supra legistis, Vincentius ut doceat, *neminem mortaliū conscripsisse plura, et omnia eius non solum non perlegi, sed ne inueniri quidem posse*: audiuisisti quoque dicentem Hieronymum, *neminem unquam tanta legere potuisse, quanta ille conscriperit et Varrones pariter ac Didymos labore Origenis superatos*. Idem presbyter eruditissimus in epistola XLV. p. 553. ait, eum *innumerabiles libros explicuisse, Ambroso chartas, suntus, notarios ministrante: in epist. XLI. p. 346. ait, mille et eo amplius Tractatus (seu homiliae) quos in ecclesia locutus fit, innumerabilesque praeterea commentarios edidisse: simul fatetur (p. 343. ibidem) se super cunctos homines congregasse libros illius, etiam queritur suum moribus et chartis alexandrinis euacuatulum, (i. e. coemtione librorum alexandrinii Origenis se patrimonium totum effudisse,) et tamen optat: utinam omnium tractatorum haberem volumina!* Et si verum est, multitudine librorum, compositorum ab Origene superatum fuisse Didimum Chalcenterum, quem veteres ad quatuor millia conscripsisse scribunt, ad quinque millia profecto voluminum Origenem elucubrasse oportuit: idque, si omnes eius homiliae, quas pro concione habuit et ab notariis excipi passus fuit, numerentur singulæ, verisimile satis fuerit. (Vide Tillemontium l. c. artic. 27. pag 271. Huetium Origenian. lib. III. c. 3. §. 1. sq. Fabricium l. c.)

C

Talem





Talem et nos habuimus, utinam haberemus adhuc, adamantium, chalcenterum, cooperatorum, industria indefatigabili, laboris assiduitate, corporis salubritate ac firmitudine, operum forsan quoque multitudine, doctrinae copia ac varietate illi alexandrino Catechetae parem. Hanc industriae constantissimae virtutem, quam plures admirantur quam imitari volunt, diuinjus quidem animo eius ingeneratam, ac validitudinis vigorisque naturalis fundamento nixam, ab ipso tamen perpetua offici consideratione, firmo animi proposito, et operarum destinatione, multaque exercitatione auctam corroboratamque, et vere voluptariam ipsi redditam, in praecipuis laude eius ponimus. Id enim vnicce appetebat eoque uno delectabatur, quod plerique mortales quam maxime refugunt, labores nimirum eosque nunquam interruptos: id vnum refugiebat, quo plerique trahunt et gaudent, mollitiem, voluptatem, otium. Longe igitur plus sibi imperabat, quam Plato tullianus (Offic. I, 7.) ab homine officium facturo exigit: non partem modo sui patriae, partem amicis tribuens, sed totum se suumque ortum patriae amicisque vindicans: non sibi modo soli se natum non existimans, sed totum se aliis natum, nulla ex parte sibi natum credens. Hac mente didicit et docuit, quicquid fere disci ac doceri potest: non iucundas, sed operosas coluit artes: profuit quibuscumque potuit. Non solus Origenes omne genus disciplinarum ducendo ac docendo persecutus est, vt ait Photius (cod. 118. p. 159.) πατρος μαθηταρος ιδεαν αυτον και μετελθειν και διδασκεν; sed noster Adamantius idem fecit. Laudet Hieronymus (in catalogo script. eccl. 54. p. 129.) varietatem maximam artium, et percenseat numerum disciplinarum, in quibus excolendis occupata fuerit Origenis industria; laudare possumus et nos tot linguas partim Europeas partim orientales, quas et perdidicerat noster et docuit interdum; recensere possumus mathematicarum et philosophicarum disciplinarum amplitudinem, quas etiam profiteri solebat et voce scriptisque docere; nominare possumus musicam, tam assae vocis, quam fidium et tibiarum, quam iuuenis multum tractauit; quin et feueriorum disciplinarum vere nullam praetermisit intactam, nec iurium, nec salutaris artis, quamvis ad studium theologicum praecipue applicasset animum: historiae autem cum literariae, tum ciuili tantam impedit operam, vt prussica et polona, quantum paucissimis aliis, ei vni debeat lucis: Oratoriam quoque et poeticeam coluit iuuenis, maxime cum esset natura disertus.

In

In iis autem, quae didicerat et excoluerat, docendis ita assiduus erat, ut unum oblectamentum et laborum leuamen peteret ab auditionibus faciendis, et cum ad cathedram et coetum discentium iret, non laborem se capessere, sed animum recreare et in praefidium sanitatis corpus commovere diceret. Nunquam, nisi praepeditus morbo, intermittebat recitandi officium; quin et affectum febri et paroxysmo concussum aliquando recitasse scimus: nec multitudinem audientium valde curabat, cum et paucos sibi ad exemplum officium sufficere existimaret. Recitans autem iis vtebatur laterum viribus et ea vocis suauissimae contentione, ut non perfunctorie declamaret, sed qui studeret facere sedulo, quod sibi mandatum nosset. Idque meditatus et praeparatus faciebat, quantumvis sat exercitatus, etiam senex. Alienus enim erat ab eorum ratione, qui futura et peregrina curantes, famaque magis quam publicae utilitati inservientes, scribendis magis libris, quam auditoribus erudiendis, operam dant, et sponte suscepitas operas illas praferunt huic et necessariae et officio debitae. Suis hic potius aequalibus, quam posteris, suae fidei et institutioni commissis, quam lectoribus incertis, operam maximam impendebat, fine intermissione et saepe quinque aut septenis per diem horis, et saepe absque mercede, docens iuuentem. Cuius rei cum Vos omnes habeamus testes, verbis superfedere possumus.

Praeterea erat summopere officiosus et summa patientia ac fide inserviebat iis, qui opera sua vellent vlla in re vti, siue consilium rogabantur, siue liber ex domestica aut ex publica, cui praefectus erat, bibliotheca ab eo petebatur, siue excerptum aut describendum in aliorum usus quicquam erat, siue ei negotii alicuius curatio, aut administratio alicuius publicae rei, a collegis concedita erat. Quam omnem alienam rem non solum curabat ut suam, sed etiam tanta et industria et voluptate, ut videretur otiosissimum nihil suarum rerum, quod ageret, habere.

Quamvis autem foris, et cum aliorum causa ageretur, industria vere adamantinam adhibebat, domi tamen non magis ullum sibi indulgebat officium aut a laboribus vacuitatem; abstinenus prorsus ab omnibus sodalitatibus et amicorum circulis, uno mensu excepto, quem solebat diligenter obire, paucas tamen per horas: abstinenus ab deambulationibus, ab horto, a conuiuio, a recreatione corporis omni: nusquam facile conspiciebundus, nisi in domestico museo, eoque exiguo et nullis ornamentiis culto: aut in auditoriis aut in templo, quod religiosissime frequentabat:

non



non desiderans, vel salutatores, vel collocutores vñquam, cum satis posset, vt ipse dicere solebat, mentis suae agitationibus et meditationibus ab otio retrahi. Domi autem omne tempus dabant studiis priuatissimis, diurnis nocturnisque, legens aliquid aut scribens, tanto cum ardore animi, vt nee recitationibus faciendis, neque vllis officiis publici operis exequendis occupari videretur, tam continentis animi intentione, vt nullam subtraheret studiis suis horam, nisi post prandium breue ac tenue dimidiā, qua intra conclave deambulabat, et paucas ad somnum breuem capiendum. Vere nobis usurpare licet, quod de C. Gallo sene ait tullianus Cato: (de senectute cap. 12.) *Mori videbamus in studio dimetiendi paene coeli ac terrae C. Gallum.* Quoties illum lux, nob̄n aliiquid describere ingressum, quoties nos opprescit, cum mane coepisset! Hoc autem vitae institutum vt seruare posset ad extrellum paene halitum, faciebat et sempiterna a pueris consuetudo, quea in naturam transferat, et firma corporis validitudinique constitutio. Etenim sedebat assidue, nec commotionem corpus ad sustentandam validitudinem requirebat: vigilabat plurimum, nec quietibus indigere corpus videbatur: legebat plurimum, neque oculi infirmitatem ante extremam senectutem sentiebant, neque armare tamen oculum vitro vñquam necesse habebat: recitatbat assidue, neque fatigabatur vñquam: frigoris erat aequa patientissimus ac caloris: si tentari morbo videbatur, sola abstinentia et diaeta curabatur, vt vere chalcenterum diceret et ahenæ corporis firmitate, viscerum fortitudine summa, laterum robore serreo praeditum. Neque tamen vllis deliciis compensabat vires, abstinenſ vino et caeteris, quas mos fert, potionibus et pariter cibis nutricantibus, parcissimus alimentorum proſsus, extremis annis solo lacte bubulo, eoque aqua diluto, pro cibo ſimul ac potu vſus. Qua vietis duritie etiam similiior factus illi Origeni est, quem Epiphanius (l. c. p. 529.) scribit Ἀσκητῶν βίον ἐπανηγορῶν, seu, vt Eusebius (hist. eccl. VI, 3. p. 205.) loquitur, Φιλοσοφῶν, vocabulo Philosophiae ita vtens, vt tum inter Christianos loquendi vſu receptum erat, et fuisse probat Suicerus (thesaur. eccl. v. φιλοσ. §. 3. p. 1443.). Tanta autem licet flagraret lectionis et studiorum fuorum auiditate, vt ſitimi diſcendi inueniendique aliquid sempiternam explore nunquam posset; tamen et his deliciis suis multum anteferebat religionis officia; diebus sacris iisque integris proſsus abstinenſ ab omni eruditioſis amplificanda cupiditate, frequentans bis concionem, domi legens non alios libros, niſi sacros, et maxime diuinos noui foederis, eosque

eosque graece scriptos, meditansque ea modo, quae ad cultum diuinum et virtutum exercitationes pertinent, quasi studiorum suorum et omnis philosophiae suae prorsus oblitus. Veniant nunc stolidi religionis diuinatus patsfactae irrisores: dicant, plebis causa eam excogitatam callide, plebi prudenter relinquendam, in grandes fortesque animos non cadere, et in regno philosophiae non posse consistere. Videant virum sine controveria philosophum et Woltio Leibnitioque haud inferiorem; videant eundem theologum, religiosumque dei cultorem, christianum Sapientem, et desinat religionem christianam frontibus aduersis committere cum vera philosophia.

Iam, qui assiduum eius in officio publico exequendo et in auditionibus fere continuis industriam cogitet, nihil aliud vanquam egisse eum putet, nihil librorum eum componere potuisse arbitratur. Tot tamen et composuit et ex parte etiam foras dedit, ut eum omne vitae tempus impendisse huic negotio, incuriosissimum et amicorum et auditorum, crederes et de ipso usurpare posses, quod supra diximus Origeni tributum, nempe plura eum scripsisse, quam legi queant et inueniri. Laborabat autem facilime ac neutquin grauabatur: nec solebat semel scripta multum emendare sed statim typographo tradere. Cum aliquando ab amico libere moneretur, vt premeret scriniis aliquamdiu, quae scripsisset, et per otium extremam limam adderet limaque redderet gratiora, respondebat: temporis sibi habendam rationem esse, ac posse easdem horas nouis scriptis consciendi impertiri, quas limandis veteribus impendere iuberetur. Hac facilitate scribendi, et quod otio nil dabat, effectum est, vt tantam multitudinem librorum componeret, eamque variam et ex quo quis fere disciplinarum genere: qua de re posthac dicemus. Neque etiam amico vlli, quae scriperat, relegenda dabat aut iudicia alicuius requirebat, sed sibi fidens et totus ex se aptus arbitrium scriptorum feruabat sibi; causamque aliquando rogatus, nolle se aiebat amicum in periculum vituperii confidere, sed solum se culpam, si quid errasset, praestare malle. Ut autem tanto studio ad persicendi tot libros incumberet, adducebatur nec gloriae famaeue cupiditate, quamuis eam consecutus fuerit maximam, nec lucri spe, cum plurimos daret bibliopolae gratis, sed solius officii instinctu et sua voluptate. Existimabat enim, hominem hominibus, qua; cunque re posset, prodesse debere, et proinde, qui facultatem habeat verum inueniendi ac perspiciendi, magis quam alios teneri docere inuenta et

C. 3. *Yeneas Graecorum etiam tam cognita,*



cognita, quibuscumque posset et quacunque ratione posset, eoque communes utilitates in medium proferre. Quod officium, si praestare humano generi et posteritati omni poterat, ac doctrina institutioneque alios iuare, voti se damnatum putabat, et ex officio viriliter expleto gaudium vnicet capiebat, laborum egregium pretium se retulisse affirmans.

Haberemus plura et pariter eximia, quae in hoc viro laudaremus, si id iam ageremus, et nisi admirabilis prorsus et singularis illa laborum tolerantia Adamantium, Chalcenterum, των τακτηγονον nostrum omni posteritati satis iam carum et amabilem redderet. Tacemus igitur coinitatem et humanitatem, qua quosquis homines prosequebatur, cum Vobis ea semper visa fuerit admiranda, promptitudinem inseruendi, siue id consilio, siue negotiis suscipiendis, siue rebus suis commodandis, efficere posset, singularē in auditores suos amorem, quem etiam testamento suo fecit testatum, quo literarum studiosis longe maiorem bonorum suorum partem, quam necessariis, propinqua cognatione coniunctis, iisque per omnē vitam caris, legauit, concordiae studium et placibilitatem, liberalitatem in cognatos, sine profusione tamen, religionis reverentiam, pietatem in deum, totius vitae sanctitatem, caeterasque animi virtutes insignes, curvatae nequeant omnes paucis verbis explicari.

Vt autem proprius cognoscatis viri vitam, quem merito carum habuistis et cuius virtutes animique dotes suspicistis, nec solum senilem eius aetatem, in qua demum vobis innotuit, sed et iuuenilem ac virilem perspiciat, enarrare volumus, quaecunque memoria digna ad eum pertinent. Quod tanto facilius faciemus, quod ipse commemorationem de rebus ad se pertinenter, satisque suis et vicissitudinibus fortunae, et libris, compositam olim luculenter, suppeditauit et Iohanni Christophoro Strodtmanno, qui Vitis Eruditorum (Beiträge zur Historie der Gesahrheit 5 Theil S. 1. — 38.) eam inseruit et additamentis postea (in neuen gelehrtten Europa 1 Th. S. 1108. — 1142.) locupletauit, et b. Iac. Bruckero, qui eam effigie viri aere impressae adiunctam recensuit (in neuer Sammlung von Bildnissen gelehrter Männer 1. Funfig), et iam b. Abichtio, qui in programmate introductionis anni 1727. exhibuit. Ad hos scriptores quainuis remitti iam possletis, tamen veluti per saturam inde delibata praecepua proponemus vobis, Cives, et nouis quibusdam eventis adiectis ad exitum vitae eius perducemus.

Natum

Natum igitur fuisse scitote die XVIII. Decembris anni MDCCXCV.
 patre Michaele, in vico Zamborft citerioris ad fines Poloniae iuxta oppidum Nouum Stettinum sacerdote pio et industrio, matre Maria Anna Hoppia, Christophori Hoppii, primum Professoris Thorunensis, post consulis Conizensis filia. Puerum docuit pater quasque artes et disciplinas, ingenio aetatis eius congrua, secumque semper habuit, ut ad mortuum probitatem eius natura informaretur, et integritas animi a corruptione malorum consortiorum tuta praestaretur. Quatuordecim annos natum deduxit Landsbergam ad Vartam in scholam et Gensicheni religiosissimi viri domum, ubi commoratus tamdiu inter doctores librosque nostri fuit, et disciplinarum linguarumque cognitione auctus, donec militiae metu, quamvis procerus admodum non erat, domum aufugere cogereatur. Reducem solite explorabat pater rationemque cunctorum, quae in schola didicisset, reddere inebbat, curiosi filiorum et germani patris officio functus. Ibidem domi hortatu matris, absente patre, audebat noster primum pro concione verba facere, cum pater modo ad iuuenem exercendum concessionem elucubrari sibi exhiberi iussisset. Cum cognatus prospere cessisset, pater eum ducebat huc in Athenaeum anno MDCCXIV. ineunte, ubi iuuenis superiori statim ciuium ordinii ascriptus et, quod voce egregia pollebat, in chorum symphoniacum receptus, sautorum sumtibus substitut et quibusdam mercedibus, quas ex institutione quorundam sodalium suorum cogebat. Tantum enim iam in tenera iuuentute alios anteibat doctrina, ut quosdam eorum docere posset, cum quibus ea aetate discere una cum laude poterat. Nec minus tamen assiduum operam dedit doctoribus, suamque discendi auditatem obeundis eorum auditionibus explore studuit. Cum applicisset animum praecipue ad sacrarum literarum studium, audiuit b. Schelguigium in secundano non minus, quam primo auditorio, theologiam tradentem et disputationibus auditores exercentem: eoque fato functo ex facundissimo b. Weickmanni ore dogmaticam percepit et examinerioris ac disputationis exercitationibus, quae percepérat, firmavit. Simul b. Willenbergii auditionibus historicis et de iure naturae, ciuili et canonico factis interfuit: b. Sartorium in romanos scriptores commentantem frequentauit et declamationibus eloquentiam sibi comparare studuit: Stobaeum in philologis ducem habuit, Arndium, scholae moderatorem, in philosophia tota, Paulum Patrem in Geographia, D. Glagauum in anatomieis. Omnibus

horum

horum recitationibus ac scholis affuit non otiosus auditor, sed diligenter notans non modo quae dictabantur, verum etiam quae voce docebantur, et notata domi secum recolebat memoria: inter aequales vero otium consumebat institutis disputationibus et colloquiis latinis, quamvis etiam crebro publicis disputationibus admoueretur. Sic se gerendo et omne tempus utilibus exercitationibus, non ludis, tribuendo, si copiam eruditio- nis variae consecutus fuit, non miramur. Superfuit ei nihilo secius aliquantum otii, quod superuacanei operis studiis impenderet: coluit igitur musicam, saltandi artem et batuendi: addidicit linguam polonam; gallicam et britannicam: pro concione dixit crebro.

Cum in eo iam esset, vt patris iussu abiret Gedano in Saxoniam, indecit in morbum acutum, cuius vi non corporis modo vires frangeban- tur, sed animo etiam tanta obliuiscientia obducebatur, vt vix nomen suum, quod aijunt, reminisceretur et omnis disciplinarum scientia animo expulsa videretur. Annus ipsi addendus fuit, quo disceret rursus, quod tam improbo labore didicerat dudum. Commodo eius accidit, vt iuuenem, qui a mercatura ad musea transfugerat, docere latinam linguam teneretur: qua opportunitate sic vsus est, vt latinam iterum in memoriam sibi redu- ceret, dum docebat. Interea, qui mortuo Schelguigio theologo surro- gatus erat, D. Abichtius accessit Gedanum: cuius institutione sic frueba- tur noster, vt hebraeac linguæ cognitione plurimum locupletaretur, quamvis eam non tenuisset modo quondam, sed et insillasset aliis.

Tandem anno MDCCXVIII. in iter se coniecit, comite Holl- manno amicissimo ipsi viro ac philosopho summo, quem Goettinga ad- huc superlitem ornatissimum sibi esse gloriatur. Lipsiam vix venerat, cum occasio publice disputandi offerretur: qua cum dexterime vsus est, statim inclinavit non solum, sed et patronos nactus est. Destinauerat initio persequi coeptum cum laude studium theologicum, auditionesque theo- logorum omnium frequentare cooperat. Videns vero, cum aliquoties concionandum esset, quantum sibi de memoriae olim felicissime periissest isto morbo, delperare de successu studii illius coepit: inops tamen consilii, et futurorum fatorum inscius, non certo statim alicui studio se mancipauit, sed veluti fluctuans omnibus simul disciplinis animum distri- buit nihilque non discendum sibi, ratus, philosophiam, mathe- sin, histo- riā ciuilem et literariam, botanicam, medicinam, physicam, iurium pe- ritiam, ad quam aniñus potissimum propendebat, coluit aequali prope studio,

studio, addidicit etiam italicam linguam. Sic ad varia vitae instituta paratum aptumque se reddere tentauit, aequo exspectans animo, in quounque vitae genere diuinae prouidentiae placitum olim fuerit, sua opera vti. Interim cum amici suadent et varia commoda rei familiaris offerrentur, Lipsiae honores Magistri capessit et publica disputatione habita, plaudentibus Musis, potestatem docendi impetravit, statimque scholas philosophicas, rhetoricas aliasque aperire coepit anno MDCCXX.

Vix autem a carcere fladii huius incoauerat cursum, cum auocaretur Lipsia ad praefecturam studiorum nobilis iuuenis de Boe in praedio Dresdae vicino suscipiendam, non lautissim modo conditionibus sed et spe publici muneris proposita. Hic cum reperisset instructissimam bibliothecam, pabulo hoc affatim explebat animum legendi cupidissimum. In eodem praedio exceptit hospitio principem iuentutis, post Poloniarum regem Augustum III. qui a venatione illuc dierterat, domino praedii tum absente, eique boissiane bibliothecae opes monstravit. Tertium annum cum ibidei ageret, inuitabatur Gedanum a b. Weickmanno. Huic enim viro et nos debemus, et vniuersa ciuitas nostra acceptum refert Hanouium. Is cognouerat iuuenem ab iflis tirocinii annis, quos olim Gedani exegerat, delectatusque eius et ingenio et industria, cupiebat eum filiis natu minoribus praeficere. Noster quamvis commoracionem saxonicam praeoptare huic prouinciae, tamen quod pater redditum suadebat et ob insignem apud nostrates Weickmanni autoritatem, spes amplioris fortunae apparebat, accepit conditionem venitque Gedanum Kalendis Nouembribus A. MDCCXXIV. Hic non solum domini erudiuit hospitis noui liberos, maxime minimum natu, Joachimum Samuelem, nunc Vittebergensis acadiae decus, theologum celeberrimum, quo discipulo plurimum gloriari solebat Hauouius, sed etiam, bona cum gratia hospitis, plures alios iuuenes nobiliores, scholis in auditorio Weickmanniano veluti publicis et frequentissimis, et in vario disciplinarum genere.

Ita cum inclaruisset breui multainque gratiam collegisset, accidebat, ut diem obiret Schelguigius posterior, philosophiae Professor, morbosus vir et exequendae officii functioni diu impar. Hanc prouinciam diu desertam hospitis sui admonitu Hanouius ambibat eodemque tempore in disputatione publica, in quam casus eum coniecerat, ingenii doctrinaeque copias singulariter manifestabat. Suffragis igitur senatorum dignus prouincia ista iudicabatur et die II. Octob. A. MDCCXXVII. ab Abichtio Athenaei Rectore inauguratus, munus publicum capesset, aditiali



oratione de fatis philosophiae in Prussia habita. Iam totum se consecrans Athenaeo, ea industria, quam supra celebrauimus, auditionibus factis, exercitationibusque variis institutis, sine intermissione partes officii sustinuit. Nihilotamen secius primis annis in aedibus et in convictu illius hospitis sui manxit, liberisque eius erudiendis porro operam dedit, sine ullo officii publici dispendio. Ea vero sorte sic contentus fuit, ut nihil desideraret amplius, quia auguſtiores etiam conditions repudiaret non semel. Postrema, quae offerebatur anno MDCCLXIII, iam seni per Q. Iciliū, euocabatur magno stipendio proposito in academiam Hallensem: sed, senectutis suae cauſa et nostrae vrbis amore, manere apud nos ac nostrum Athenaeum porro ornare decreuit, idque eius consilium magnopere probatum senatus fuit. Ut melius rem familiarem tueri et sine interpellatione Musis suis litare posset, manxit perpetuo cælebs. Hoc vitae tenore extremam senectutem affecutus, solitum mentis vigorem corporisque salubritatem retinuit vsque ad secundum, qui mortem eius antecessit, annum. Tum vero coepit hebescere acies consilii, facultatum animi vires euanescere, flaccescere membra, canora vox debilitari, serinonum eius vigor in taciturnitatem abire, vitae consuetudo immitari, totus a suis moribus discrepare; ac nihilominus pristina studia seruabantur, neque officium eius inquam in recitationibus facieundis, et in curanda publica bibliotheca, desiderabatur. Paucis ante obitum diebus dysenteriam nanciebatur, ex diaeta forsan natam: quam, quod crebrius ea infestari solebat, non curabat: templo tamen se abstinebat. Pridie, quam excessit et viuis, die XX. Sept. salutans eum collega offendit sat bene se habentem et ad serinium more suo scribentem: fermo habitus est de variis rebus, sed parum longus, cum stans uterque loqueretur et optimo seni, quem carissimum esse sui temporis aëstimatorem noueramus omnes, et diurna colloquia parum amare, molestia creanda non esset. Cum valediceret et discederet collega, senex illico ad scrinium suum rediit. Eodem die voluit in auditorio post meridiem auditionem facere, sed monitus a quadam Vestirum, quem casu obuiam habuit, diem esse profestum ac feriatum, recessit domum. Altero statim die animam efflavit die XXI. Sept. sed hora et causa mortis ignorantur: apoplexia tamen aut suffocatione extinctum fuisse putamus. Matutino tempore diei XXII. ab iis, quibus curationem rerum suarum mandauerat, et qui circa sextam horam arcessiti a domesticis fuerant, inuentus fuit in lecto, iam rigido ac praeduro corpore toto, clausis oculis, clauso ore, membris decore compositis, ut tali habitu

habitu gestuque dormiens exspirasse, quo iuerat cubitum, videretur et iam pridie eius diei mortem cum vita commutasse appareret. Sic qui tranquillam maxime vitam omnem egerat, maxime tranquilla et placidissima morte functus fuit, et repente sine sensu quasi et dolore mortis ad superos reuersus, magno sui desiderio relicto.

Desideramus enim collegam humanissimum et nobiscum optime conuenientem, quem uno excepto, omnes quondam coluiimus praceptorum, qui Atheneo non minus decori quam commodo fuit, qui consilio et rerum vsu multo fulsit deliberantes, exemplo industriae officii functionem facientes et excitauit et superauit omnes, sanctitate vitae et precum pietate fortunam sustentauit nostram, quem meritorum maximorum et famae et senectutis auctoritate nixum parentis loco venerati sumus, cui nos ex parte nostrisque successores liberalitate legati deuinctos fatemur grati, quem vobis carum et venerabilem fuisse videmus, cuius morte iauram maximam rebus vestris et utilitatibus allatam dolemus. Sola recordatio mulcere animos consolatione quadam potest, totos XLVI. annos usuram eius viri concessam nobis fuisse; ipsumque satis habentem famae et vitae, meliorem humana fortē tandem meruisse; victuram eius memoriam ac perennaturam apud omnes probos, quantumuis rebus humanis exempti, imaginemque virtutum eius et nostris semper oculis et vestris obuersantem, fructus, quantos tantum exemplum potest, pietatis et integritatis et diligentiae praebitaram. Denique nostram aetatem recogitantiibus non potest longinquus inter eum et nos digressus et discessus fore videri.

Restat vnum ad viri optimi gloriam, ut scripta ab eo relicta percen-seamus, quibus eum maxime post mortem victurum speramus. Quia in re ipse anteueritissime studium nostrum, atque nobis fere otia fecisse videtur. Etenim hoc ipso anno, suum forte excessum e vita, ut semper solebat, cogitans et posterorum scientiae consulturus, pertexuit ipse indicem omnium, quos edidisset et seriniis adhuc contineret et incoasset, operum, eumque eo consilio, ut nobis aliquis amicis donaret, typis exscribendum curauit. Hoc indice sic usuri sumus, ut simul aliorum, qui aut vitam Hanouii aut librorum eius argumenta commemorarint, nonnulla loca annotemus, sed silentio praeteremamus scripta nondum diuulgata, et ex parte etiam imperfecta, cum, quae nec nostrum nec posterorum forte quispiam legere potest, eorum notitia superuacua videatur ipsaque talium librorum fortuna, in casu posita et in bibliopoliarum arbitrio, spei certae parum habeat.

¶

habeat. Io. Dan. Titius, V. Cl. fororis eius filius, et disciplinae eius
alumnus, et auunculi magni quam sumillimus, qui dudum de libris han-
dianis egregie meritus fuit, et nunc testamento legatas omnes auunculi
manu scriptas chartas accepit, ea est in beatum virum pietate eaque iam
apud eruditos existimatione, vt inuidere nolit editionem eorum libro-
rum, qui poterint edi et quos licebit. Transimus etiam minuta scripta,
exscripta quidem typis, inuentu tamen difficultima, vt germanica et latina
carmina varia, epithalamia, epicedia, votiva, alia, quae in scheda ab ipso
scripta et ab curatoribus haereditatis nobiscum amice communicata depre-
hendimus memorata; quale est in obitu hospite et patronae A. E.
Weickmanniae A. 1731. inscriptum hochstverdienter Danf, et in funus
matris an. 1735. inscriptum wehmuthiger Danf, aliudque simile in patris
mortem, ac nouissimum iam senilis Musae opusculum latinum, quo
A. 1768. saecularem Gymnasii thorunensis memoriam collegii nostri no-
mine celebravit. Tacemus etiam, quas recensiones b. Menkenii rogatu
Actis Eruditorum lipsiensibus latinis inserendas curauit bene multas, et
quas particulas buddeano lexico vniuersali, quod an. 1719. Lipsiae excu-
sum, an. 1730. repetitum typis fuit, veluti symbolas adiecit, cum, quae
particulae ab ipso compositae fuerint, indicate nequeamus *).

Habetis, Ciues, spectatum satis et magnum eruditio[n]is, virtutumque
ac praeципi industria singularis exemplum, idque non adeo subtractum
oculis beato viri excessu, quin in animis vestris vivat et quasi praefens
ad sit. In hoc intuentes, nil gratius fieri a Vobis ipsi posse, nil acceptius
ipsi fore existimetis, quam si eius virtutem, quantum imitando assequi
licet, imitando exprimere congitamini. Idque cum nos facere studebi-
mus, quicunque urbis dignitat[i] et athenaei vilitatibus et officio nostro
satisfacere volemus, tum Vos speramus facturos, si parem laudem et famam
Vobis patriaeque conciliare et destinationis pariter vestrae ac proborum
hominum officii memores esse vultis. Vnum iam Vos rogamus, quo
pietatem vestram animumque in praeceptorem solertissimum gratum de-
clarare potelis, vt memorias beati viri hunc habeatis extremum honorem
exequiasque eatis quam frequentissimi. Eferetur hora tertia post meri-
diem diei Martis seu diei Octobris duodecimi.

P. P. Gedani die X. Octobr. MDCCLXXIII.

SCRIPTO.

* Et ego scripta Hanotii rectius ex indice eorum allegato nominabo, quem
eam ob causam integrum subiungo. T,

SCRIPTORVM HANOVII INDEX,
QVEM PAVLO ANTE MORTEM IPSE, TYPIS
EXSCRIPTVM, PERTEXVIT.

I. SCRIPTA EDITA LATINA.

- 1) Examen dubiorum contra Essentiam et Existentiam Iuris Naturae motorum, damit ich mich als Magister habilitirte, Lips. 1720.
- 2) De Silicernio (vulgo Seefenspeisen) veterum, maxime Curonum, Reichardo, Curono Respondente, Gedani 1728.
- 3) Spicilegium ad Andreae Charitii Commentationem de Eruditis Gedani ortis, Respondente eius Fratre Christ. Frid. Ged. 1729.
- 4) De amore inimicorum rationali, Respondente Io. Nathan. Grieschow, Gedani 1735.
- 5) De origine mundi ex montibus vallibusque, Respondente Io. Leonhardo Wolf, Conicensi, Gedani 1735.
- 6) De Quaestus Tontini moralitate, Respondente Dauide Scheunewogel, Libauia - Curono. Gedani 1738.
- 7) Impossibilitas quadraturae circuli a priori adferta, Gedani 1741. paginis 60.
- 8) Meditamenta noua argumenti philosophici et literarii, Specimen primum, de Iure Autorum in editos a se libros, Ged. 1741.
- 9) Ecclundem specimen secundum, sistens continuationem iuris autorum in suos libros, culmos luxuriantes et Hieronymum Scotum. Gedani 1742.
- 10) Philosophemata de Electione per sortem, Resp. Beniam. Abr. Krüger, Gedanensi, Gedani 1743.
- 11) Dieselben übersehen durch J. C. Traufold. Hamb. 1751. in 8.
- 12) Anemometria noua, circa medium Decembrem 1747. instituta et anno seq. edita.
- 13) Disquisitiones argumenti potissimum metaphysici et histor. Anno 1750. disputationibus 35 ventilatae. Quarum 1a inscribitur de Criteriis Existentiae; 2. Samuel Rex Pannoniae e nummo argenteo; 3. Existentia Dei ex possibilium indole euista; 4. aeternitas successionis expers; 5. de igne graeco; 6. Infinitas soli Deo propria; 7. officia cari



tatis inimicorum, pars prior; 8. pars posterior; 9. aliquot nummi argentei mediī aeuī cum figura recensiti; 10. Explanata definitionum foecunditas; 11. dilucidatae vires rerum in genere; 12. limites et demonstratio principii repugnantiae; 13. Prometheus Scytharum Philosophus; 14. Indoles genuina prope verorum; 15. Diuissio ciuilis Prussiae polonicae; 16. Emendatior Geodaesia eiusdem Prussiae; 17. Examen psychologicum Somnambulorum; 18. Materia proprie dicta; 19. Simplicitas rerum quādā tenus enucleata; 20. Qualitas rerum in genere excussa; 21. Vicarius sensuum v̄sus; 22. Analecta de Orpheo Philosopho; 23. Excusso quantitatis generatim spectatae; 24. Fata Regni Lithuaniae; 25. Spatiū verum et imaginatum, vbi Keilii argumenta reselluntur; 26. Examen diuisibilitatis in infinitum, contra eundem; 27. Indoles virū materialium et corporearum, vbi agitur de nexu et motibus siderum; 28. Principia naturalia cognoscendi Dei libertatem, praesertim a priori; 29. De fauore commerciorum; 30. Recessus pristinae funeralis Aegyptiorum; 31. Omnipotentia Dei a priori ostensa; 32. Discretio virū rerumque simplicium; 33. Compositio simpliciu, ortusque compositorum; 34. Independentia diuina; 35. Additamentum ad dissertationem de spatio, Cel. Leōnh. Ederi argumenta expendens.

14) Summi Numinis Existētia e motu corporum euicta 1751. Gedani, Resp. Io. Gerber.

15) Philosophemata de Iustitia Dei infinita 1753. Resp. Io. Henrico Stobaeo.

16) De sapientia Dei in bello conspicua, Diff. philosophica 1759. Resp. Christiano Kaschub, Gedanensi.

17) Programma auspicale de soliditate studiorum, Gedani 1727. in fol.

18) Oratio aufpicalis, de ortu et fatis Philosophiae in Prussia, extat inter mea opuscula a Io. Dan. Titio, Prof. Mathematicum Witteberg. edita An. 1762. in 4. No. XIV. p. 390—406.

19) Succincta logicae historia, in opusc. p. 407—415.

20) Principia artis disputandi, in opusc. p. 416—454.

21) Praecipuorum de iustitia diuina dubiorum refutatio, sistens alteram partem Diff. de iustitia Dei infinita, in opusc. p. 416—456.

22) Disp. de confortio culpae alienae, in opusc. p. 457—529.

23) Pro-

23) Proto-Scholarcharum et Proto-Bibliothecariorum meritorum memoria saecularis 1758. in fol. plag. 7. in actis Iubilaei secundi Gymnasii Gedanensis 1758. p. 227 — 264.

24) Duo Programmata funebria de vita mimo, non quam dia, sed quam bene agatur, considerando 1720.

25) Controversiae recentiores philosophiae theoreticae potiores expositae, 1765. in 8. Lipsiae plag. 7.

26) Wolfiana Oeconomiae P. II. Halae 1755. in 4. 4 Alph. 8 Bog.

27) Politicae Wolfiana Pars I. Halae 1756. in 4. 4 $\frac{1}{2}$ Alph.

28) — — — Pars II. Hal. 1757 in 4. 4 Alph. 13 Bog.

29) — — — Pars III. ibid. 1758. in 4. 4 Alph. 8 Bog.

30) — — — Pars IV. ibid. 1759. 4. 4 Alph.

31) Physicae dogmaticae Tom. I. Hal. 1762. 4to. 5 Alph. 3 Kupf.

32) — — — Tom. II. ib. 1765. 4. 4 Alph. 11 Bog.

33) — — — Tom. III. ib. 1766. 4. 3 Alph. 17 Bog.

34) — — — Tom. IV. ib. 1768. 4. 4 Alph. 3 Bog.

II. MANVSCRIPTA LATINA ELABORATA. *)

35) Heuretica s. ars inueniendi vera et prope vera, wird im Drucke ein guter Quartband werden.

36) Pithaneuretica s. ars probabilia quaevis inueniendi, eben so viel.

37) Nucleus Historiae prussicae pragmaticae, ipsissimis auctorum fide dignissimorum verbis comprobata, könnte auch ein mässiger Quartant werden.

38) Semioticae generalis periculum, möchte auch 2 Quartanten geben.

39) Mathesis per Philosophiam illustrata, möchte 9 Bogen in 4 füllen.

40) Historia literaria recentior quinquagenaria ab anno 1745. usque ad nostra tempora, vix a me absoluetur.

41) Lexicon philosophicum a me expeditum, sed tantum incoatum adhuc, et ab aliis absoluendum.

42) Ini-

*) Horum post mortem Autoris parum, aut nihil, repertum fuit. Duobus ante obitum annis, ad me paucas misit plagulas, que initium heureticæ sicutunt, et schediasma N. 45 — 46. allegata. Reliquorum scriptorum iamiam elaboratorum, praesertim historiae prussicae, mentionem quidem in literis ad me datis fecit saepe; sed quodnam tandem perpetua fatum fuerint hactenus non compri. T.



42) Initium annotationum in Historicos Prussiae ineditos, quorum Editio optatur.

43) Bene multa Prussiae Priuilegia necdum edita, diplomata, decreta etc.

44) Elbingense Priuilegium integrum cum adiectionis notis; et alia Elbingensia priuilegia, iura etc.

45) Examen Testium Rationumque Ducis Lechi in Poloniam adventum circa medium saeculi sexti confirmantium infirmantiumque 6 Bogen.

46) Sitne Scurgum Ptolomaei ibi fere situm, vbi hodie Danticum? 3 Bogen, ist auch deutsch.

III. LIBRI GERMANICA LINGVA SCRIPTI ET EDITI

1) Erläuterte Merkwürdigkeiten der Natur. Danzig, 1734. ein Jahrgang in 4. Wochenblätter 2 Alph. 9 Bogen.

2) Entwurf der Erfindungskunst in 8. ibid. 1738. 12 Bogen.

3) Entwurf der Lehrkunst in 8. 1739. 16 Bogen.

4) Erstlinge der Jubelsfeyer der Buchdrucker 1740. sonderlich in Danzig in 4.

5) Das vollständige Culmische Recht mit Anmerkungen, Belegen und dessen Geschichte, in fol. Danzig 1745. 3 Alph. 9 Bogen. Die Geschichte ist auch allein gedruckt und von mir besonders auf 16 Bogen ausgegeben in fol. unter dem Titel: Kurze und gründliche Geschichte des culmischen Rechts, 1745.

6) Der Preußischen Sammlung allerley bisher ungedruckter Urkunden, Nachrichten und Abhandlungen, erster Band in 8. Danz. 1747. 2 Alph.

7) Preußisch. Samml. 2ter B. 1748 ebend.

8) — — — 3ter B. 1750. ebend.

9) Erörterte Ursachen der meisten Versuche mit den gläsernen Sprinkelöschchen, Danzig 1751. in 4.

10) Danziger Erfahrungen von A. 1739. bis 1759. in 20 Quartbänden, darinnen sowohl die gelehrten Artikel, als die Beobachtungen der täglichen Witterung von mir verfertigt sind.

11) Nach meiner Vorschrift hat einen Theil, oder Auszug davon, mein Schwesternsohn, Herr Joh. Dan. Titius, in 8. zu Leipzig herausgegeben, den 1sten Band 1753. 2 Alph. 7 Bogen, nebst einem Kupferstiche.

12) Den

1750

- 14) Den 2ten Band ibid. eod. 2 Alph. 11 Bogen.
 15) Den 3ten Band ibid. 1755, auf 2 Alph. nebst 6 Kupferstafeln,
 alle 3 unter dem Titel: Seltenheiten der Natur und Oeconomie.
 16) Preuß. Lieferung alter und neuer Urkunden, Erörterungen und Ab-
 handlungen zur Erläuterung der Preußischen Geschichte und Rechte, auf 2
 Alph. 5 Bogen ohne das Register, 1752, u. folg. Der 1ste Band gr. 8.
 17) Der Preuß. Gerichtshandel von dem Kaiser A. 1453. ex au-
 thentico Exemplari Thorunensi auf 17 Bogen. Davon etwas berühret
 ist im 2ten Bande der Preuß. Samml. S. 348 ff. und mehr Vergleichung
 mit Schürens Chronik verdiente.
 18) Kleinere Schriften, die ich ausgegeben habe, sind folgende: 1.
 Vergleichung der Danziger Maasse und Gewichte mit den Englischen und
 Parisern, im 1sten Bande der Danziger naturforschenden Gesellschaft in 4.
 S. 90. u. ss. 2. Bestimmung der Stärke des Einblasens, das. S. 304 ff.
 3. Von den Korn- und Getraidenwagen, das. S. 357 ff. 4. Die Däm-
 pfung der Feuersbrunst durch Schießpulver in der Greylischen Maschine,
 das. S. 68 ff. 5. Beweis, daß gemeines Wasser in einerley Kälte immer-
 dar gefriere, das. S. 160 ff. 6. Aumerfung bey den Getraidenwagen, das.
 S. 260 ff. 7. Beschreibung und Untersuchung der chinesischen feinen
 Schnellwage, das. S. 872. 8. allgemeines Maas körperlicher Größe, das.
 S. 301 ff. 9. Ungleichheit der medicinischen und Apothekergewichte, das.
 S. 360 ff. 10. Untersuchte Abkühlung der Körper durch Begdüstung der
 Nässe auf ihrer Oberfläche im zten Bande, S. 226. 11. Erklärte Ursache
 der Versuche mit den Springefölbchen, das. S. 328. 12. Nachtrag zu den
 feuerlöschenden Anstalten, das. S. 470 ff. 13. Umgeworfene zwei Stücken
 der Gold- und Silbermacherey, im Hamb. Magazin Band VII. S. 357 ff.
 14. Betrachtungen über die Seel in den Schlafwanderungen, und der Er-
 stäunung, das. S. 489 ff. 15. Anmerkungen dazu, Band IX. S. 81 ff.
 16. Nachricht von dem großen Saale in Marienburg, im VIII. Bande des
 neuen Büchersaals, S. 69 ff. sammt dem Kupferstiche. 17. Beantwor-
 tung der Erinnerungen wider die von mir beschriebenen Münzen, im Neuen
 aus der anmuth. Gelehr. 1751. S. 625 ff. 18. Erklärung einer Münze,
 welche der sel. P. Feustling im 29sten Stücke der Beyträge angegeben,
 Hamb. 1741. Num. 130. 19. Sternliebs erste Beobachtung des Kome-
 ten 1743 den 15ten März bis 20sten April, ist allein gedruckt, auch in den
 Hamb. Beyträgen 1742 Num. 25. 20. Erörterung der Frage: ob auf
 einem



einem Berge mehr Kornähren stehen können, als auf dessen Grunde, Danzig 1747, im dritten Bande der Seltenheiten, S. 274 ff. 21. Physische Anmerkung über den Tod des Herrn Prof. Richmanns, leipz. 750, in 8. 22. Zuverlässige Nachrichten von der Stadt Elbing bis 1557, im Hamb. Magazine Band XV. Stück 6. XXI. St. 1. und XXII. it. 2. 23. Wunder Halbente Lumme, in den neuen Gesellschaftl. Erzählungen des ersten Bandes, S. 81 ff. in 8. 24. Von dem Elephantenzahne, darinnen eine tombackene Kugel gestecket, das. 25. Ob das Lerchenholz unverbrennlich sei, das. S. 197 ff. 26. Von der Wachsbleiche, S. 209 ff. das. 27. Von der elektrischen Entzündung des kalten Schießpulvers, Band II. das. S. 241 ff. 28. Von dem Tode des Hohemeisters in Preußen, Poppe von Osteria, Hamb. Magazin, Band XXIV. S. 318 ff. 29. Von dem unbekannten Hohemeister Wilhelm von Urenbach, das. Neues Hamb. Mag. Band I. 30. Von dem ersten Erzbischofe in Preußen und Liefland, Albrecht, das. Band I. 31. Von den Bergwerken in Preußen, im ersten Bande der Preuß. Sammlung, S. 1 — 41. 32. Preuß. Bäckerordnung mit Anmerkungen, das. S. 65 — 92, 33. Preuß. Pfennig Zinsordnung von A. 1386, mit Erläuterungen, S. 131 — 168. 34. Preuß. Maasordnung mit Erläuterung, das. S. 468 — 502. 35. Urnen und Statuen von Metall einer Preuß. Prinzessin mit der römischen Felsenherrntracht, im zweiten Bande S. 1 — 30. 36. Preuß. Landesordnung von A. 1309, S. 98 — 119. 37. Bernsteinhandel in Preußen vor der Kreuzherren Ankunft, das. S. 133 — 175. 38. von dem Gastrechte in beiden Preußen, das. S. 311 — 334. 39. Von dem Vergleiche die fälligen Zinsen zum Hauptstuhl zu behalten, das. S. 400 — 419. 40. Preuß. Gerichtshandel am Kaiserl. Hofe, A. 1453, S. 464 — 468. 41. Das Bernsteinrecht in Preußen von A. 1454, S. 497 — 519. 42. Abweichung des Preußischen Gerichtshandels, A. 1453, von dem Schlesischen Berichte davon, S. 559 — 587. 43. Von der Preußischen Münze, A. 1230 — 1330, S. 601 — 634. 44. Von Johann Lindenblatts Preuß. Chronik, im III. Bande der Preuß. Samml. S. 208 — 241. 45. Preuß. Münze A. 1330 — 1454, S. 405 — 439. 46. Uraltes Antheil der Preußischen Stände an Staats- und Landessachen, S. 539 — 567. 47. Besugnisse der Preußen in Landessachen, S. 601 — 645. 48. Divonis Reise nach Preußen, steht in der Preuß. Lieferung, S. 17 — 44. 49. Von den Ehrenbürgern, besonders in Preußen, S. 137 — 194. 50. Hrn. Dan. Gralaths Geschichte der Stadt und des Landes Hela, S. 393

S. 393 — 438. 51. Von den Besoldungen bey verringter Münze, S. 454 — 491. 52. Von dem Einkaufe und Einmethe der Erbgüther in Preußen, S. 521 — 562. 53. Herrn Gralaths Fortsetzung der Geschichte von Hela, S. 722 — 767. 54. Fabelhaftes Geburt des preuß. Landmeisters, Grafen Meinhardts von Querfurt, S. 265 — 290. 55. Fabelhafte Selbstwahl des Hohemeisters, Heinrich von Plauen, in der Preuß. Sammlung, B. I. S. 281 — 306. und 755 — 79. 56. Einsem Regierung und Schicksale, P. III. S. 327 — 375. etc. 57) Verbesserte Holländische Tontine oder Leibrentennutzung, Danz. 1763.

IV. MANVSCRIPTA GERMANICA.

- 19) Von meinen ungedruckten deutschen Schriften liegen in der Naturforschenden Gesellschaft bisher diese: 1) Die Erklärung der hier mit viel Gewinnst 1770. aufgeführten Magdeburgischen Maschine, welche einen sitzenden Mann vorstellt, der die ihm vorgezeigten Charten, Würfel, Goldstücke, Kleider der Personen oder Zuschauer, und die Antwort ausposaumet, auch Tabak raucht ic. 2. Erörterte Ursachen der im Frühjahr nach Danzig gekommenen Bengalischen Spechte und etlicher Goldammer nur mit drey Zehen. 3. Paradoxa optica, etwa 8 Bogen, darinnen dargethan wird, daß unser Auge alle andere microscopia auch solaria übertreffe, in gebührlichen Bedingungen. 4. Anmerkungen zu des Herrn Valmont de Bomare Dictionnaire, von der neuesten Ausgabe, über 3 Bogen. 5. Erklärung des Bevierringes, dessen alle Stellen bald größer, bald kleiner erscheinen. 6. Wie nahe man zum Erkenntniß einer wahren Größe der kleinsten Dinge (Elementa) durch die Augen gelangen könne. 7. Erklärung der Künste, die durch Pferde, Ochsen, Hunde und Vogel so vorgestellet werden, als ob sie vernünftig wären, davon etwas schon gedruckt ist im 3ten Bande der Seltenheiten, S. 670 — 688. 8. Sichere Bestimmung der Feinigkeit der Härrchen und Fäserchen, auch Spinnesäckchen, 1½ Bogen. 9. Angefangene Anmerkungen über die ungedruckten besten preuß. Geschichtschreiber. 10. Wiefern unser Auge deutlich sehen könne. 11. Wie die giftigen Schlangen, Ottern ic. natürlich beschworen werden, durch Hülfte der Aristolochiae, daß sie nicht schaden können. 12. Wie Moses das goldene Kalb, ohne Wunderwerk, habe den Israeliten zu trinken geben können. 13. Welcher gestalt alle Körper durch Wasser aufzulösen sind. 14. Wie 2 oder mehr Zirkel einander inwendig oder auswendig richtiger berühren können, als



Vieta Apollonius, der Herr von Oppeln und andere vorgegeben haben. 15. Von dem Natro hungarico, dadurch Gold aufgelöst wird. 16. Die Bahnen der Planeten und Kometen um unsre Sonne auf Papier und in 2 messingenen Platten, und deren Wiederkunft vom Anfange der Schöpfung bis jeso, und so fortan aufs künftige, dadurch die Chronologie ins helleste Licht gesetzt wird. 17. Nutzen der großen Mondjahre, die künftige Witterung brennhae zu erforschen, nach den 1767. gedruckten 4 Danziger großen Mondjahren, 1672. 1691. 1748. und 1767. und deren täglichen Witterung, fortgesetzt. 18. Auf was Weise man wider den Wind so geschwind als mit dem Winde fortsegeln könne? 19. Verbesserter Bericht von dem fliegenfahrenden Kraute Dionaea muscipula. 20. Von dem Onocrotalo marino genaue Nachricht. 21. Nachricht von einem Grabähnlichen Erdfalle. 22. Verbesserte Wittwenassen-Einrichtung. 23. Erläuterte Erhöhung des Wassers der Weichselmünde, daß es die Hand nicht leiden könne, 1771 den 6 Jul. Abends hor. 9. und 10. 24. Wie viel ein Haar ic. andere entfernte Körper decke? 25. Pax inter Vladislauin Regem Polon. Alexand. Witholdum et Paul. Rusdorfum, Ord. Teut. Magistrum, inita Anno 1422. ex parte Polona; eiusque instrumentum primigenium, mit deutschen Noten und der preuß. Stände Gezeugniß dieser Verbindung; wie auch deutscher Begriff des Friedens Vladislai Iagellonis mit Paul Rusdorf 1422. 3 Bogen. 26. Verzeichniß der geographischen Landkarten von Polen aus der Bartholischen Bibliothek, die an das Gymnasium gekommen. 27. Der Bund zwischen Paul Rusdorf und Litthauen vom Jahre 1431. 28. Der Brzestische Friede Anno 1436. von des Ordens Seite, 1 Bogen. 29. Aufsatz der im Bartholischen Münzkabinet in unsrer Bibliothek befindlichen goldenen, silbernen, kupfernen, zinnernen, alten und neuen Münzen, am Werthe 1500 fl. 30. Der Thornische Friede vom Jahre 1466. mit Anmerkungen auf 1 Bogen. 31. Väterliches Recht in Preußen zu entheben seine Kinder, wegen der Heyrath wider seinen Willen, auf 2½ Bogen. 32. Nachricht von Barthol. Warzymans geschriebener preuß. Chronik, 1 Bogen. 33. Beantwortung der Grinde, dadurch Dlugosz den Frieden vom Jahre 1343. entkräften wollen, 1 Bogen. 34. Auszug eines Königl. Polnischen Schreibens an den Kaiser Rupertum vom Jahre 1410. mit Erläuterung, 1 Bogen. 35. Elbingische Constitutiones Sigismundi Augusti vom Jahre 1568. 36. Wiederfahrene Begeadigung der Stadt Danzig im Jahre 1569. zu Warschau, 3 Bogen. 37. Wahrscheinliche Erklärung

rung des Widerwitschen Feldpaniers und der darinnen vorkommenden alten Buchstaben in Hennenbergers Beschreibung des Landes zu Preussen, in 4to, edit 1584. auf dem 22sten Blatte mit der Figur. 38. Von sel. Herrn D. Knappen furze Nachricht. 39. Beschreibung des grossen Pelicans, ist erst angefangen. 40. Auszüge aus den Recensionen der Ephemeridum, nouor. literariorum, librorumque, nach ihrem merkwürdigsten Inhalte, in 8. 3 Bände, A. B. C. nebst dem indice notabiliorum. 41. Von des sel. Herrn Coniher Bürgermeisters, Johann Gottfried Goedken, hinterlassenen geistlichen Kirchengeschichte der Stadt Coni, so einen ziemlichen Band machen würde, wenn sich dazu ein Verleger fände.

Cetera corpus defuncti, honesta funeris pompa, in templum S. Triados, quod ad Gymnasium est, delatum ibidemque, addit: hac inscriptione, sepultum fuit:

HIC
QUICQUID MORTALE ERAIT

DEPOSUIT

M. MICHI. CHRISTOPH. HANOVIVS

NEO-SEDINENSIS MARCH.

IN

ATHENAEO GEDANENSI

PHILOS. PROF. PUBL. ET BIBLIOTHECAR.

PER 46 ANNOS MERITISSIMVS

NAT. 1695. D. 18 DECE.

DENAT. 1773. D. 22. SEPT.

E 3

Extract

38

Extrait aus des sel. Herrn Prof. Hanows Testamente,
welches er zu Danzig den 29 Januar 1773. aufgesetzt
und gerichtlich niedergeleget hat.

— — 11) Meine gesammten Bücher, physischen und mathematischen Instrumente, wie auch Naturalien und Curiola, schenke ich der Bibliothek des Gymnasii.

12) Alles was über diese Legata *) übrig bleibt, widme ich zu Stipendien für arme, fromme, fleißige, der lutherischen Confession zugehörige Studenten auf Akademien oder hier, unter welchen meine Verwandten, die sich gut aufführen, den Vorzug genießen sollen. —

13) Zu Administratoren dieser den Studenten zugedachten Stipendiorum Hanowiano-am sege ich ein die jedesmaligen Tit. Tit. Herren Professores der Medicin, Physik, Philosophie und Mathematik, welche in der speciellen Administration jährlich abwechseln, und am Tage Christophori, meinem Geburts- und Namenstage, einander die Rechnung ablegen, und die Stipendiaten erwählen sollen. Zur Belohnung ihrer Mühe bestimme ich, aus den Revenuen dieser Stipendiorum, jeglichem jährlich hundert Gulden Courant.

— — geschrieben in Danzig den 29sten Januar 1773. und mit
meinem Perschieringe versiegelt.

*) Diese im Testamente unterschiedlich angefeschte Legata betragen etwa an 4297 Gulden preußisch; und, wenn die Legitima, oder der Viertel Part nur der in Capitalien ausscheinenden Verlassenchaft dazu genommen wird, dürfte solches zusammen ungefähr 15000 Gulden betragen, und daher, was für die legirten Stipendia, von diesem haaren Gelde übrig bleibt, zwischen 20, und 30,000 Gulden herauskommen. Die Bibliothek und die Instrumente des Wohlseiligen habey auch einen gar ansehnlichen Werth, und ich weis nicht, ob ich sie viel unter 10 bis 12000 Gulden preußisch schätzen sollte. Zu Curatoren dieses seines letzten Willens hat Herr Prof. Hanow die Tit. Tit. Herren Herrn D. Christian Sendl, Med. et Phys. Prof. am Gymnasio, und Herrn Joachim Wilhelm Weichmann, I. V. L. im Testamente ernannt.

MERITORVM ATQVE DOCTRINAE

TESTIMONIA PVBICA

XV. VIRORVM DOCTORVM

QVI

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICO

DANIELE WILHELMO TRILLERO

PHIL. ET MED. DOCTORE CONSILIAR. AVL. ELECT.

SAXON. MEDIC. PROFESS. PRIMAR. ET ILLVSTR.

ACAD. SCIENT. BONONIENS. SODALI

EX DECRETO ORDINIS PHILOSOPHICI

WITTEBERGENSIS

DECANO

IO ANNE DANIELE TITIO

PHYSICES PROFESSORE ORDINARIO FACVLATATIS

PHILOS. SENIORE ATQVE H. T. COMITE

PALATINO

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

SVNT CONSECVTI

XXX. APRILIS MDCCCLXXVII

ЗАИЛЯ СОДОГУ ГАМУЮТИЗИ

САДОГУ ГАМУЮТИЗИ

ADOLPHVS TRAVGOTT DE GERSDORF

Dynasta et Dominus haereditarius in Meffersdorf, Wigandsthal, Bergstraße, Strasberg, Grenzdorf, Heide, Neugersdorf, Heller, Schwerte, Volkersdorf, Superiore et Inferiore Rengersdorf, Krauschä minore, Torga et Eckersdorf, rel. Societatis Oeconomicae Eleitoralis Saxoniae Sodalis.

Vndeuiti anni effluxerunt, quo Georgius Matthias Rose, Thomam Philippum de Hagen, equitem marchicum, dynastam et dominum haereditarium Hohennauen, Semlini, Mühlenburgi, Rhinowii, Strohdehnae, Prieten, Gulpe, Spaatz, Schoenholzii, rel summa philosophiae laurea ordinis nostri auctoritate cohonestauit, summos hos ei honores carmine hoc gratulatus:

*Sicque per illustris titulo generosus aurum
Stemmate cum patrio praemia iunge noua.
Arma, genus, fundi, pereunt; durabile virtus
Et doctrina decus nobilitatis habent.
Splendidus ast armis, abquis, atquis, tritaisque,
Nunc queritis propriis culmina stante sacra.
Fridrici vidit quondam Te nobilis Hala,
Cum comite a Nayhaus, palma corusca viret.
Auguſti celsi celsas Viteberga corenas
Vlto nunc donat, quam studiosa! Tibi.
Eia! triumphalis renitet Tibi tempore laurus,
Hancque diu vistor, fautor, amice, geras.*

Praeterlapsis his annis, et mihi sic felici, vt meo antecessori, esse contigit, id quod eo magis mirum est, quod nobiles, academicis ornati honoribus, rarum nostra aetate exemplum sunt, vt equiti ex antiqua propria, quae eruditos, vt Nicolaum, Gottlobium Fridericum, Io. Georgium, cum quibus Schurzfleischius magnus, nostras olim, per litteras collocutus est, numerat, ordinis nostri, id quod sibi gloriae ducit, iudicio, philosophicae dignitatis honores conferrem. Est ille per

F

quam



quam generosus atque Amplissimus, ADOLPHVS TRAVGOTT, ab incluta stirpe DE GERSDORF, natus prognatusque. Parentibus usus est Carolo Ernesto, ex familia Meffersdorpiana, Rengersdorpii domino, tribuno ad legionem cattianam militum, qui ex equis desiliunt, ac pedibus proeliantur, atque Ioanna Eleonora, ab Richthof, ex Hartmansdorpiana in Silesia familia, abs quibus anno huius sacculi XXXXIII. die XXIII. martii in Rengersdorpio inferiori generatus est; verum illo mature anno XXXXV. orbus, CAROLO AVGVSIO AB GERSDORF, qui matrem anno LI. in matrimonium duxit. Hic quidem vir, sago quidem clarus, etenim indulgentissimi nostri Nouemuir inter milites legatus, summus artis munendi magister, rei militaris praetor supremus et architectus est, studia ita adamauit, ut memoriam, quo ante quinquaginta annos in ciibus nostris, Weidlero rectore, receptus est, Academia nostra, fasces Zeihero tenente, edito eam ob causam publico testimonio, repeteret ^{*)}. Quare factum est, ut hic, quamquam vitricus, nihil praetermitteret operae, quo ingenium studiis animo generoso dignis imbuoretur; et praeclara patria bene de se merentis cura, quam, quoad vixerit, praedicat, in eo enuit, ut idoneis praeceptoribus, qui eum litteras docerent, traduceretur. In his serenissimo principi asciano dessavensi nunc a consiliis aulicis itemque ab regiminis epistolis, Kochlerus, multa in se fide egit, cuius institutione

^{*)} Honorificam hanc programmatis academicii formulam in rei tam illustris gratissimam memoriam, congruo hoc luet seruare loco.

Rector Academiae Vitebergenfis IOANNES ERNESTVS ZEHLER *Phil. et Med. Doctor Mathem. Superior. Profess. Ordinar. Acad. Imperial. Scientiar. Petropol. Membr. Societatt. Oeconom. et Liberal. Artium Lipsiensibus nec non Teutonicae Erlangenf Adscriptus Lebori Benevolo S. P. D. Milites exercitissimi mensuram expleuit Romanus, qui non solum, Tullio teste, e ludo atque pueritiae disciplina in disciplinam militarem proficisciatur, verum etiam, si copia suppetteret, in Academias Grae-*

corum praecipua virtutis incitamenta e bonis artibus fibi comparabat. Cum primis litteris se dabant, qui ad altiores militiae honores adspirarent, quod in ducis confilio virtus militum ponit posse existimabatur. Itaque merito commendantur aeternitat iuvenes in foris animi, qui, veterum exempla sequuti, litteris operam dare prius maluerint, quam fortunam bellicam experiri. Quorum fuit olim in numero Eques mirae spei, qui *Rector Magnifico*, IOANNE FREDERICOO WEIDLERO, *Mathem. Superior. Professore Publ. Ordinar.* die xxv. Maii A. R. S. ccccxxiv. cibibus huius Universitatis Litterarum adscriptus, Magistratui Academico fidem, obedientiam Praeceptoribus, vitam deinde

tione tamdiu usus est, quoad stadium academicum confecit. Verum il-
lud huius saeculi LXIII. anno Lipsiae ingressus est, quum antea Gorli-
cium adiens, sub magistris, Baumeistero rectore, et Geislero correctore,
iam principi terrarum gothanaarum a consiliis sacris atque gymnasii di-
rectore, disceret, ac in praedium messersdorpiatum propter id temporis
terras vastans saxonicas funestum bellum se recipere cogeretur. Ab eo
tempore Ernesti, Boehmio, Gellerto, Schrebero, Richtero, Poernerio,
Gehlero, Wincklero, Borzio, Rudolpho, Langio atque aliis per tres fere an-
nos diligenter affuit, operamque dedit, quum docerent et commentaren-
tur. Etenim LXIV. anno, quum suam peruenisset in tutelam, haeredita
relicta emancipauit, anno sequenti terrarum saxoniarum partem, in pri-
mis montanas, ad memorabilia visenda peragravit, quo, per octo paene
mensium spatium, difficile, cum morbillorum, tum variolarum, morbo
adeo grauiter conflictatus est, vt amissae vires, nihil, nisi thermarum usu
lauchstadiensium recuperari possent. Itaque studiis academicis absolu-
tis, id quod anno LXVI. circa S. Michaelis siebat, Meffersdorpium sese
contulit, inde anno LXVII. iter in sudetes montes, Pragam, in varias re-
giones Saxonie, qua occasione Witebergam quoque nostram visitauit, Si-
lesiaie, Bohemias fuscipiens, ad cognitiones, de situ, de conditionibus mi-
neralogicis, atque de variis variarum orarum, variorumque montium

F 2

memo-

nique totam legibus Academiae conue-
nientem, promiserat, *Generosissimus Or-
natissimusque Iuuenis CAROLVS AV-
GVSTVS A GERSDORF, Eques Luf-
tus*, Idem nunc *Perillultris ac Genero-
sissimus Dominus, Serenissimi Principis
Electoris Saxoniae Legatus, Summus
artis muniendi Magister, Rei militaris
Praetor Supremus et Architectus,*
caet. optime de patria meritus, gloriam
adsequutus ingentem, quinquagesimo
anno Iobilaeum vitae academicae felici-
ter transfigens, in perpetuam rarissimae
felicitatis memoriam et splendidissimum
huius scholae ornamentum, in Albo Uni-
uersitatis, plaudentibus omnibus bonis,
denuo inscriptus est. Quod testatur
hoc programma, publico Academiae

sigillo munatum et datum Vitebergae
die xxv. Maii A. C. MDCCLXXIV.
Qui praeter titulos generosaque stem-
mata gentis
*Insignem famam Martis et artis
habes,*
*Tu quondam (decies quinquennis
Olympias acta es)*
*Nostrer, GERSDORFI, nostrer alu-
mnus eras.*
*Haec Tibi gratiamur felicia iobila
laeti,*
Concelebra salutis iobila plura,
Senex.
*Muneribus, meritis, virtutibus au-
ctius et annis*
*Leucoridos memori pedestre nomen
habe.*



memorabilibus sibi comparandas. Redux factus anno LXVIII. carissimum suum unicum fratrem, et, duobus mensibus post, sanctissimam matrem amisit, qua mortua, praedictum inferius Rengersdorpium maternum, vna cum coniuge Rahel Henrica, e gente antiquissima Metzrad, domicilium sibi delegit ac constituit. Post illa vires suas expertus fuit in argumentis multo grauissimis, quas etiamnum sermonibus celebrantur, vt: *Versuch die Höhe des Riesengebirges, wie auch verschiedener anderer Berge und Oerter, durch barometrische Abmessungen zu bestimmen, Lips. 1772.* 4. descriptio fulminis eiusdem in Flinsberg, in Zittauensi spicilegio anni 1710 CCLXVII inserta; commentarii, qui in nostris ephemeredibus Witebergenisibus recententur, vt anno LXVIII. scida XXV. *Eintritt der Venus in die Sonne, nebst den Barometerhöhen auf der Tafelkarte bemerket, scida XXXVII. die Luftbeschaffenheit auf der Tafelkarte und eine daselbst bemerkte höchst seltene Lufterscheinung betreffend, scida XXXXVIII. Auszug aus den Wetterbeobachtungen des Jahres 1768. zu Meffersdorf in der Oberlausitz gehalten; anno LXX. scida XXXVI. Auszug aus den Wetterbeobachtungen des Jahres 1770. zu Meffersdorf gehalten; anno LXXV. scida XXXII. et XXXIII. Beschreibung von der Wirkung eines Blitzstrahles, cet. Praeterea et in describendis suis itineribus, in posterum imprimendis, et in obseruandis tempestatum mutationibus omnem nunc impedit operam.* Quin aequaliter huius anni non Silesiae tantum circa Hirschbergam, Suidnicum et Landshutum montes, quorum eminens fastigium, Zobtenberg dictum, maxime celebrantur, sed etiam Bohemiae Adersbachio vicinos, facta per illos itinere, perquisitus diligentissime. Sic de literarum disciplinis, de Physica atque mathesi praeclare meritis, includet famae suae commendatione eruditis cum innotesceret ab electorali quoque societate oeconomica Lipsiensi, qui inter sodales eius cooptaretur, dignus maxime habitus est.

Felix, quem decorat virtus, et Musa tutetur:

Nobilitat virtus, Musa perire vetat.

Plebeios inter numeros non ille latebit,

Vltima sed celsum tollet ad astra caput.

Quin creat ipse nouum fidus, quod nomen ab ipso

Ducat et ipsum aliis praecedit igne suo.

Et sic splendebit GERSDORFIA gloria late,

Milleque post genitis causa salutis erit.

GODO-

❧ ♚ ☙

GODOFREDVS IACOBVS SCHMID

Loburgo Magdeburgicus.

Löburgum, sive Laburgum, est oppidum, quatuor millaria a Magdeburgo distans. Ibi noster Godofredus Iacobus anno huius saeculi XXXXVIII. natus est, patre Andrea Georgio, qui curam census et vicarii gererat, ac matre Maria Margaretha, quos puer mature ammisit. Oratus parentibus in ipso aetatis ingressu, paternae vicis curam subiit Kochius, iudi tum rector patrii, nunc sacrorum in urbe Berolino ad S. Georgii oraculi diuini interpres, cuius prouidentia factum est, ut ad Salinas in Saxonibus dederetur, ubi in orphanotropheo, ut vocant, Kuhnio in primis magistro, scholae isti Heimerslebens rectore, annis quinque profecit. Haec inter erat consilium, ut fratris natu maximi consilio, ad mercaturam descendam studia sua transferret. Sed vicit literarum amor, Büzouium in paedagogium, et, annis duobus post, in academiam delatus. Doctores hic audiendos optauit sibi, in sacrorum doctrina, Doederlinium, Mauritium, Tychsenium, philosophiae causa, Nicol. Tetenium, Venceslaum Jo. Gustavum Carsten et Wittium, qui, vna cum Schaarschmidio, artis salutaris doctore, pro praeclarata in eum voluntate et comitate, eum doctrina, consiliis opibusque suis plurimum adiuuerunt. Iprimit autem opifice de se meritos et beneficos, illustiss. Comitem de Bassewitz, perill. Grapium, Ser. Principi Megalop. a Consiliis, et magnificum Scheele, Reip. Hamburgensis primum quondam consulem, debita laude prosequitur. Interea, tres ibi commoratus annos, academiae huius mutandae consilium cepit, non tantum auctoritate cuiusdam saxonici administrati, qui beneficium ei conferre promisit sub hac conditione, sed Kesleri, V.S.V. praesertim suauissimam academiam petiit, ibique doctores habuit, sacrarum literarum causa, Semlerum, Noesseltum, Grunerum, Io. Ludou. Schulzium, Gottlib. Anastas. Freylinghausenum, et, ut philosophiam disceret, Mayerum, Eberhardum, Christ. Godofr. Schützium, Knappium, I. G. filium. Accidit, ut cum Hillero, V. C. collega nostro suauissimo, Brenae, Delitium inter, et id, cui Bitterfeld oppido nomen est, sitae colloqueretur. Cui quum declararet, animum se ad vitam apulisse academicam, dux et auctor fuit, ut Witebergam, nostram literarum vniuersitatem, eligeret. Huc delatus, atque Mariae Amaliae Augustae, Nouemuiri nostri serenissimi Coniugis beneficiis lautis adiutus, ordinem



dinem nostrum adiit, abs quo artium ac philosophiae magister dictus est.
Qua dignitate fruī quum vellet, e cathedra de *actione oratoria* libro pro-
posito publice nuper disputauit.

GEORGIVS GOTTLLOB AVSFELD

Schoenfledtio Thuringus

Sacrorum ad D. Bonifacii Longosalissae Diaconus.

Longosalissa, nostris patriæ litteris *Langensalz*, clarum neque infre-
quens in Thuringis oppidum est. Prope id vicus Schoenfledt est,
qui Laeuino Adolpho Mareschallo, cuius munificentiam academia nostra
quotannis eximie collaudat, olim paruit. Ibi parentes, adhuc superstites,
victum ex agricultura quaesuerunt, et filium, quem anno XXXX.
praesentis saeculi generarunt, ad duodecimum usque aetatis annum huic
adsuecerunt vitae generi. Tandem vinci passi sunt, ut filium in ludum Longosalissam deducerent litterarum, atque Meineri, qui ei praefest,
pariter ac Lindneri, ibi correctoris, nunc Arnostadii, nobilis Schwarzb-
urgiei in Thuringis agri ad Hierae flumen oppidi, rectoris, tradiderent
disciplinae. Sic, praeter doctrinas theologicas, latinas, graecas, hebraicas,
chaldaicas, syriacas et rabbinicas litteras percepit, vt, Ienam a C. N.
cicciocclx delatus, sex mensibus nondum peractis, precibus commo-
tus, ad subleuandam egestatem, quosdam sacrarum litterarum cultores lin-
guam doceret hebraicam, atque nonnullos veteris instrumentilibros explicaret.
Praeterea scholis ibidem interfuit theologorum, philosophorum at-
que philologorum. Inde anno LXII, Gottingam se contulit, ibi se fectus
equitem illustrem Michaelis, utriusque foederis libros quosdam exponen-
tem et chrestomathiam syriacam, cuius etiam propenfam voluntatem in
eo expertus est, quod eius benevolentia inter regiae munificentiae ali-
mentarios cooptatus est, Walchium, christiana tradentem familiae
sata, Heilmannum, et dogmata, et praecpta disciplinae sacrae interpre-
tem, Klozium, Homeri enarrantem carmina, Kaestnerum, controuersa
doctrinæ capita velitando ingenia exercentem. Etiam ordinis sa-
cri auctoritate sacro de suggestu saepius orationes ad populum egit.
Tandem accessit academiam Lipsiensem a C. N. cicciocclxv, ubi ex
Crusii, Ernsti, Bahrdtii, Stemleri, Gellerti, Woogii tandem, linguam
docentis anglosaxoniam, doctrinis plurimum profecit. Benigna summi-

nu-

numinis prouidentia factum est, ut beneficio generosorum de Berlepsch anno LXVIIII, Megawelsbaci vico, qui eis paret, rei christiana oracula gregis fidelium pastor interpretaretur. Inde, septem elapsis annis, nuper anno LXXV, a decurionum urbis Longosaliscae collegio ad sacrorum curam ad S. Bonifacii lectus est ac destinatus, quem Tittmannus V. S. V. ad nos euocaretur, cui ob nous adeptos honores gratulatus est, scripto publicato de liberali sacrarum litterarum studio hodie praecipue necessario.

CHRISTIANVS GOTTWALD HEYDEN

Hirsfelda Misnicius

Sacris Hirsfeldae Faciundis Pastor Substitutus.

Hirsfelda Visenburgensis praefecture, quae Nouemiro nostro subest, in montanis vicus est. Ibi sacrorum curam gerebat a C. N. CCCCCXXXVIII. Gottwald Heyden, pater nostri, quo eum anno ex vxore Christiana Sophia Roederia suscepit. Elementa litterarum ipso patre, multa cum cura et dexteritate tradeente, atque eius loci ludimoderatore, ad annum aetatis octauum didicit. Inde per annos quatuor ab Cantore Kircobergae, quo nomine inter Niuemontium et Cygneam in montanis Misniae non magnum oppidum est, institutus, scholae Cygneensi traditus est, ut sub magistris Clodio, Longoio, Henemann, Reinholdo, Henkelio mereret. Lipsiam venit anno LXVIII. rectore Plazio ciuitati adscriptus. Doctores hic habuit matheseos Borzium ac Funcium, historiae Burscherum, antiquitatum cognoscendaturum Ernesti, atque hunc, in interpretando quosdam noui instrumenti libros, philosophiae Crusium atque Petzoldum, morum Gellertum, theologiae iterum Crusium, Bahrdtum atque Stemlerum, quo etiam praeceunte, ad quaesita respondendo, et colloquiis disceptando, ingenium exercuit, hebraicae litteraturae Bosseccium et Dresdium, iam nostrum. In primis, singulari Hebenstreitii se multum debere benevolentiae, gratus profitetur & memor. Quo facto post quatuor annos Dresenam petiit, vt in reuerendi ministerii candidatos reciperetur, quo etiam loco filii Schumannni Cl. additus, eorum studia litterarum rexit. Nuper ad aedem patriam sacris faciundis, vice patris, pastor substitutus vocatus est.

GOTT-



GOTTLOB SIGISMUNDVS DONNER

Marienbergae Misnicus

Sacrorum Curandorum Ibi Diaconus.

Mariaebergae; seu, yti Jo. Riuius in huius urbis descriptione nominat, Mariaebergi in montanis Misniae natus anno saeculi praesentis LII, patre Ioanne Cornelio, qui non rem tantum veredarium publicam, sed etiam ciuicos redditus curat, matre, Ioanna Maria Schreiteria, qui parentes dignam puero instituendo in ludo patriae litterario prudentiam adhibuerunt. In primis rectoris, Baueri, operam gratius laudat, qua effectum est, ut etiam nunc auctorum, quos vocant, classicorum lectione delectetur. Lipsiam inde venit, rectore Belio in ciuibas artium ac doctrinae publice scriptus. Sectatus est doctores, Ernesti vtrumque, atque Morum, philosophiae omnis discendae causa Crusium, cui, vt Stemlerio, Bahrdtio, iterumque Ernesti, auditor adsed sit theologiae, historiarum, physices, mathefesos in studio Boehmum, Hauboldum, Garuium, litterarum hebraicarum Thalemannum, Dathium, Bosseccium. Praeterea in arte declamandi publice colloquioque certandi sese exercuit. Deinceps annis quatuor post Dresden se contulit, ut supremo sacrorum collegio studia sua tentatus approbaret, inter ordinis sacri candidatos relatus, quo tempore etiam accidit, ut in domum reciperetur Beuchianam, in qua duo per annos multam humanitatem expertus est. Etenim his elapsis singulari prouidentiae diuinae consilio accidit, ut amplissimus patriae servatus sacrorum ad aedem diaconum eum vocaret.

IOANNES BENIAMIN VOIGT

Schoendorpio Lusatius

Sacrorum Conne uitii propter Lipsiam Interpres.

Christianus Gottlob, huius vici praetor, suscepit hunc filium e Martha Elisabetha Berndtia anno aetatis, quam viuimus, quinquagesimo. Litterarum rudimentis institutus domi, in orphanotropheo, quod Boleslauiae in Silesia celebratur, tribus annis artium humanitatisque studiis operam dedit. Inde deductus in lyceum, quod Laubae curatur, vbi sub magistris,

magistris, Goebelio, Koechlio, Beckerto sex annis prosecit. In primis Goebelio propter fidem, dexteritatem et diligentiam obstrictus est, quoniam eius beneficio beneficis Kirchhofii, mercatoris haud incelebris, quorum numquam sit immemor futurus, multis modis recreatus est. Post illa Lipsiam adiit a C. N. c. 1515 CCCLXXIIII, in ciuium catalogis adscriptus rectore Franckio. Doctores hic habuit in addiscendis cum philosophia, tum theologia, Crucis, Petzoldum itidem atque in theologia quidem, super legibus interpretandi, disciplina morum e sacris petenda, usque e suggestu sacrarii declamandi, Burscherum in histria catholica, vitis philosophorum et re christiana noscenda, Ernestium, qua veritas divina symbolis munitur, et volumina noui paci explicantur, Morum, latinos enarrantem autores iuxta ac graecos, Bossecium et Antonium, iam nostrum, quum litteras hebraicas docerent, hunc praeter ea, ut ingenii vires disputando periclitaretur. In primis magnopere adiutus fuit consiliis Eichleri ad aedem S. Nicolai pastoris et Petzoldi, quorum ad sui ornandi propensam voluntatem gratius numquam non agnoscet. Diuini numinis indulgentia factum est, ut ab Lipsiae urbis magistratu amplissimo in agro Conneuitio sacrorum curae interpres, Catecheta, sit constitutus.

IOANNES FRIDERICVS GOTTSCHALDIUS *Ricobaco Nariscus.*

Ricobaci vocabulo duo Nouemiro nostro parent oppida, alterum in agro superioris Lusatiae, non procul Gorlitio urbe in occasum situm, alterum in ipso Nariscorum ad Lusatios sine. Sed cognomen illis oppidum significauimus clarum in Nariscis et copiosum. Hic quum pater Fridericus sacris oraculorum rei christiana interpretes et crediti gregis pastor praeesset, hunc filium tulit ex Ioanna Charlotta Mulleria a C. N. c. 1515 CCXXXVIIII. Litterarum elementa et sacrorum in ludo patriae litterario edoctus ab idoneis praeceptoribus, Fleischero cantore et Grimmiis, patre et filio, rectoribus, deinde coenobium propter Parthenopolin Bergense transiit, ibique quatuor annis meruit sub magistris, Fincio, Duncero, Rudolpho, Koeppio, Fritschio. Quibus eti omnibus grates debeat habeatque maximas, tamen praecipuam, ait, abbatis Haenii, Fincii et Rudolphi fidem in se atque voluntatem fuisse, quibus ita ob-



strictus benevolentia sit, ut vix dememinisse eius vlo vñquam tempore possit. Quatuor annis post, Lipsiam venit anno praesentis saeculi LXVIII, rectore Boehmio academiae ciuibus adscriptus. Hic igitur studiorum tramitem a sapientiae studio exorsus Wincklero duce, mox morum aliarumque scientiarum causa Gellertum, Clodium, selectiora poetarum latinorum loca explicantem, Morum, quosdam graecos interpretantem scriptores, iuniorem Ernestium, Ciceronis orationes illustrantem, Burscherum, catholicam historiam philosophorūnque enarrantem sectas, Ernestium, V. S. V. romanás antiquitatis, eloquentiae praecepta, vna cum Ciceronis in Verrem oratione, exponentem. Tunc ad sacrorum doctrinæ discendorum studia quum animum appulisset, decreta sacrorum interpretandi modos, historiam rei christianaæ, tradente iterum Ernestio, auditor assiduus accepit, doctrinæ christianorum moralis praecepta ac profanorum errores, Crucio, futuri muneric prudentiam, vsum declamandi de suggestu, ingenium per interrogationes et disputando acendi, theologiam, quantum ad symbolica mōnumenta, Stemlero, hebraicas litteras Dathio, et Thalemanno, Richtero tandem interpretationem euangelii secundum Matthacum. Horum praeceptorum omnium gratus prædicat multa in se merita et doctrinam spondetque, memorem in se omni tempore futurum Anno. LXXII. in patriam reuertit, patre duce studia sua recturus, sed eius mors, quae anno LXXIII. aduentabat, consilium fregit.

PHILIPPVS FRIDERICVS SCHMIDIUS

Reinsualdauia Lufatus.

Propter Sorauiam Reinsualdauia pagus est, atque in eo praedium fiduciarium, cui Philippus Henricus, quondam mercator, præfct. Ex hoc et vxore Ioanna Friderica Henrica Hallafslia prognatus ibi a C. N. CIOIOCCCLII. sacrorum ac litterarum rudimenta partim in ludo, quo natus fuerat, litterario didicit, partim, atque uberiore profectu, diligentem I. G. Schmeilii, sacra in eodem curantis agro, institutionem adeptus. Deinde huius Schmeilii consilio Sorauiam deductus, et in lycaeum, quod ibi curatur, admisus, praeter linguas hebraicam, graecam, latinam, gallicam, in litteris profecit sub disciplina M. Buderi rectoris, et correctoris

ris



ris Gutishrii, illo in meliorem vitam, hoc vero ad sacra Christianopoli interprete curanda, vocato, Rothii ac Sturmii, hoc Halam, illo in quemdam Gorlitio vicinum pagum, ad sacrorum ibi curam gerendam, constitutis, Kuhnii ac Schmidii, quibus Sauerbrey, antistes hic sacrorum faciundorum, quem Diaconum solent vocare, adiutor accessit. Inde Witebergam tendit, ciuibus nostris a C.N. c. 1300 CCLXXXIII. adscriptus, quum rector esset Wernsdorfius. Doctoribus in hac academia operam dedit Hofmanno atque Weickhmanno, quos adhuc lugemus, illi, controversias exponenti theologicas, et pastoralis munera ac rudes docendi praecepta danti, huic, qui sacrorum dogmata et morum a re christiana disciplinam docuit, Schmidio ac Dresdio, vtriusque volumina foederis interpretantibus. Praeterea sibi delegit doctores in addiscenda philosophia Hillerum, cuius praelectionibus propter sacrorum doctrinam et sacrum interpretandum codicem assiduus auditor fuit, Schroekhium, de historia catholica cum re sacra et litteraria, odas Dauidis regias, auctores latinos, in primis Horatium edifferentem, Bodenum, vt mythologiam, archaeologiam, antiquitates, graecos auctores, Anacreontem, Callimachum, nouum instrumentum pernosceret. Omni hoc academicae vitae tempore, multorum ei benevolentia, atque liberalitas profuit, omnium autem maxime Bodenij, qui tanta sibi consilio, re, et opera contulerit, vt, quo referendae gracie viam inueniat minus, hoc ei magis se obstrictum sentiat.

CAROLVS GOTTHOLD KOERVS

Nossena Misericordia.

Nossena, in cognominis praefecture oppidulo, Gotthold Benjamin Koberus, cursus publici praefectus et in curiali collegio senator praetorius fuit anno saeculi huius LII, quum ei hic filius nascetur e coniuge Ioanna Dorothea Bürchera. Ab incunae aetate ut eius animus litteris ac moribus ad virtutem formaretur, sedulo curauerunt parentes eumque in disciplinam Lobelii, artium magistri et cantoris tradiderunt, adhibitis aliis praeceptoribus idoneis Schmidio ac Raufschelbachio, reuerendi ministerii candidatis domesticae institutionis causa, quorum fidem et dexteritatem magnopere laudat. Anno aetatis nostrae LXVII. Iudo litterario munificentiae principalis ad Afrac alumnus accessit, ibique meruit sub magistris, Hoerio, Weisio, Clemanno, Schregero, Klippio.

G 2

Parentes



Parentes rem huius ludi oeconomicam quum curare coepissent, ex singulare principis indulgentia tutelae Gottleberi rectoris atque correctoris Klemanni et custodiae traditus fuit. Sex annis, ut mos est, exactis, Lipsiam se contulit anno LXXIII. atque inter ciues censu est rectore Franckio. Doctores habuit in philosophia omni Seydlizium, Petzoldum, Zwanzigerum, itemque Crusium, eundem atque Ernestum in theologia, in catholica historia atque rei christiana rufus Ernestum, Petzoldum iterum in morum e sacro codice praceptis atque sectis sapientum, Hempelium, quum de regiis Davidis odis explicaret. Iam linguis hebraicae atque chaldaicae, mathesi, ac physicae studia sua nauat.

FRANCISCVS AVGVSTINVS KNAVPS

Lipstensis.

L ipsia, vrbs clara et florens, hunc ciuem suum edidit a C. N. CICIOCCXXXVIII. patre Friderico Gottlob, qui officinam faber ferrarius, quales ferarum ingenia subtiliter struunt, exercuit, et matre Ioanna Christiana Obst, quae, quum maritus annis XVII. viuere desiit, secundis votis nupsit Gottlob Friderico Hertelio, musico claro. In domo aiae maternae, ante quatuor annos e viuis euocatae, priuatim institutum, schola hic ad diui Thomae curialis recepit, vbi, sub Leisnero rectore, magno eius in eum merito, quatuor per annos profecit. Ex hoc ludo in ludum principalis prouidentiae portensem translatus, sex ibi annos meruit, sub magistris, in primis Grabnero rectore, et correctore Beckero, quorum industriam ac fidem laudat. Lipsiam rediit, ut inter ciues esset, a C. N. CICIOCCCLXVIII. relatus in numeros rectore Crusio, quem qua philosophiam omnem, qua dogmata sacra, qua morum e sacris pracepta, adiit. Etiam sectatus est Ernestum, quum librorum symbolicorum sententiam doceret, Burfcherum, in historiae, cum vniuersae, tum sacrorum rei christiana, tum philosophorum studii, Gellertum in doctrina morum, Clodium, quum auctores latinos enarraret, Hebenstreitum, qua decreta sua proponit, et mores e sacris informat.

ERNE-

ERNESTVS FRIDERICVS DINTERVS

Borna Misnicus.

Borna, quem aliqui Barinonem, si Stellae inventis fides esset, alii Fonteiam latine, quia popularium sermone verbum Born fontem significat, dicere maluerunt, medio inter LipSIam ac Palaeopolim amoeno ac fertilis agro ad Plissae flumen situm oppidum est. Ibi patre Ioanne Godofredo, aerarii principalis redditum cognitore, matre Ioanna Iosepha, filia Kregelii, causarum in foro patroni, natus a C. N. c1515ccL summam parentum in se fidem atque diligentiam praedicat; vnde factum sit, ut sacris ac litterarum rudimentis, inter eorum curam, priuatim ab M. Io. Henr. Stelznero ad aedem pagi Breitingae, Licae vicini, iam adiuncto per sex annos institutus sit. Sic adductus ad magistros ludi maioris litterariorum, qui e principali munificentia Cremae celebratur, sex annis profecit sub disciplina fidelis, Krebsii, Mückii, Hofmanni, Siboldi, Reichardi, Richteri. Lipsiam venit anno huius aetatis LXXIII. in ciuibus academie scriptus rectore Franckio. Doctoribus hic vsus est in addicenda philosophia Platner et Seydlizio, Ernestio in omni theologia et historia, Boffeklio in litteris hebraicis, Thalemanno in arte sacro e suggestu declamandi, Moro atque Clodio, ut litteras nosceret humanitatis.

FRIDERICVS AVGVSTVS TREBSIVS

Dresenensis.

Natus a C. N. c1515ccL patrem habet Ioannem, fere septuagenarium, curatorem census et vietu, matrem Ioannam Sophiam Bohniam, qua in ipso aetatis ingressu orbatus est. Primis litterarum elementis in domo patris ab Hermanno atque Hahnio eruditus, mox in ludum, qui ad aedem crucis Dresenae est, adductus, meruit sex annis, Wendlero, Gebauero, Müllerero, praeceptoribus. Ad hanc nostram studiorum vniuersitatem accessit anno LXXI. numero ciuium adscriptus rectore Wiesando. Ab eo tempore philosophiae discendae atque rhetorices Hillerum, sacrorum diuersis doctrinis Hofmannum, Weickhmannum, Georgium, Tittmannum, iterum Hillerum, historiarum cum catholicae, tum rei christiana, itemque litterariae sacrae Schroeckhium, doctores sectatus est, subleuatus in his omnibus appendio munificentiae principalis, id quod gratus profitetur ac memor.

G 3

THEO.



THEODORVS GODOFREDVS RICHTER

Ehrenfridersdorpio Misnicius.

Non procul Annaeberga oppido in montanis Misniae oppidulum est, cui vocabulum Ehrenfridersdorf. Ibi sacrorum curam oraculorum veritatis aeternae gerebat pater Theodorus, iam defunctus, quem ei hic filius nasceretur a C. N. cipioccclii. ex uxore Ioanna Elisabetha Fischeria. Primis litterarum elementis in domo patris ab Glaesero et Baslero tinctus, ad magistros Iudi annaeumontani litterarii, Gottleberum et Grimmium, qui eum regunt, eorum fide atque industria profectum fecit. Ad nos accessit, census in Witebergae litteratae ciuibus revere Krausio, atque hic versatus est noster, ut publicos ac probabiles earum artium, quas addiscendas sibi delegerat, doctores plerosque sedulo adiret, atque eorum praelectionibus interesset. Ex nostro quidem ordine audiuit Hillerum, cum in philosophia atque rhetorice, tum in sacris litteris et theologiae causa, qua dogmata, qua leges interpretandi tradit, et qua tentando et colloquiis academicis exercetur, Schroekhium, quantum vetus instrumentum explicauit atque rerum christianarum enarravit vicistudines, Bodenum in philologia et critice, meque in physicis. Ab his studiis ad theologiae stadium rite atque ordine conuersus doctribus vissus est Hofmanno atque Weickmanno, ad superos euocatis, illo, quem controversa theologiae capita excuteret, morum praecepta daret, atque e suggestu sacro orandi traderet artem, hoc, dogmata explicante; Hirtio, codicis hebraici interpretandi rationem docente, Wernsdorfio, super rebus christianis atque antiquariis, Schmidio tandem in interpretandi ratione. Quibus praelectionibus industrius in primis atque assiduus auditor interfuit.

CHRISTIANVS ADOLPHVS FRITZSCHIVS

Mitueida Misnicius.

Mitueida Misniae oppidum est, medio itinere Fribergam inter et Rotolitium, non inamoeno loco ad Zopam flumen situm. Ibi natus anno aetatis praesentis L. patrem habuit Segemundum, qui olim ordinis nostri

∅ ∅ ∅ et philos.

nostrum decreto artium liberalium et philosophiae magister dictus, dissertationes duas, alteram Martio, alteram se praefide de praecipuis iisdemque antiquioribus litterarum statoribus ac maeccenatibus defendit, crediti iam ibi fidelium gregis pastorem, atque matrem Annam Dorotheam Grabnerianam, quae viginti ante annos fato concessit. Parentum suorum sedula cura factum est, ut ludo patriae litterario mature traderetur instituendus. Inde Chemnitium deductus, in lyceo ibi litterario duobus annis meruit praceptoribus Hagero, Jüngero. Lipsiam adiit a C. N. CIOICCLXX, incitatus defunctae iam Wazdorphae munificentia, nomenque dedit inter ciues rectore Belio. Seestatus est doctores Crusium, qui omnem tradidit philosophiam, eundem atque Ernestum, ut sacrorum disciplinam perciperet, Burscherum, ut catholicam atque sacrorum cognosceret historiam, Schmidum iam nostrum, ut hebraicas disceret litteras atque rabbinicas, Hebenstreitum, ut praecelta de suggestu endaret praecpta, quae Leuzae atque Panitii, agrorum Lipsiensium pagis, Schuchardto atque Wechslero ducibus, qui sacris curandis praeunt, exercuit. Nunc Langenhennersdorpis, prope Fribergam urbem in Hermunduris, ad studia liberorum quorundam regenda, receptus est.

IOANNES MICHAEL LUDOVICVS KOELER

Tüttebia Gothanus.

Tüttebiae, quae Gotha urbe in Thuringis non procul abest, pater nostri diuinorum oraculorum interpres curam gessit. Quo orbato in ingressu primae aetatis, Longosalissam, matris superstitionis patriam, rediit, ubi eius pia cura sacrorum ac litterarum rudimenta et domi et in ludo litterario doctus est, adductus Torgauiam, ubi sub Olpio, ludum tunc litterarum curante, humanitatis litterarum causa per tres annos meruit. Sed ob belli funesti tumultus, reuocatus, Gotham deductus, sub Stussio, qui id litterarum gymnasium iure temporis regebat,




bat, militiae studiorum nostrorum stipendia ita fecit, ut eius in primis fidem ac voluntatem gratius praedicaret. Ad altiora quum adspiraret, ienensem academiam petuit, ibique tribus commoratus annis, in sacrorum disciplina doctores habuit Walchium, Kocherum, Zicklerum, in philosophia Succouium, Wideburgium, Henningium, illustrem Walchium in litteris latinis atque in novo foedore interpretando. Quibus exactis ad Lipsiensem academiam conuersus est, Ernestii, cuius ingenii monumenta nocturna diurnaque manu versauit, fama commotus, Verum, inopia frumentaria pressus, eius atque Stemleri, Dathii, Bosseccii praelectionibus per annum interesse potuit. Quamquam reditum in hanc academiam, meliorum temporum spe confirmatus, meditabatur, graui morbo, cum quo conflictabatur, Dresenam se conferre coactus est, quo in domum Rumpelti, prudentis medici et chirurgi, receptus, atque studiis eius filiorum regundis additus, pristinam valetudinem recuperavit.



Pa 403
S

M 10.



L A V D A T I O
MICHAELIS CHRISTOPHORI
H A N O V I I
PROFESSORIS PHILOS. IN GYMNASIO GEDANENSI
QVONDAM CELEBERRIMI
S O L E M N I O R A T I O N E
I N
R E N V N T I A T I O N E D O C T O R V M
P H I L O S O P H I A E
D. XXX APRILIS MDCCCLXXVI
R E C I T A T A
C Y M
V I T A I L L I V S
G O T T L W E R N S D O R F I O V. CL. AVCTORE
E T E L O G I S P R O M O T O R V M
E D I T A

I O A N N E D A N I E L E T I T I O
PHYS. PROE. ORD. ET FACULTATIS PHILOS.
WITTEBERGENSIS SENIORE

W I T T E B E R G A E
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII ACAD. A TYPIS.